

M  
S  
S  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25





DISPUTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA

SAVLIS  
REGIMEN ANTECEDENTIA

*exhibens,*

*Q V A M*

SUB PRÆSIDIO DIVINI NUMINIS  
EX DECRETO ET AUTORITATE  
AMPLISSIMI ICTORVM  
ORDINIS IN FLORENTISSIMA  
ARGENTORATENSI UNIVER-  
SITATE

PRO LICENTIA


*Summos in Utroq; Jure Honores  
& Privilegia DOCTORALIA*

*legitimè consequendi*

Solenni Eruditorum disquisitioni  
submittit

Die Septembr. M. DC. LXXIV.

BARTHOLDUS HIERONYMUS Schulz/  
Hamburgensis.



ARGENTORATI,  
Typis JOH. FRIDERICI SPOOR.



DISTINCTIO IN ANATOMIA

ANATOMIA

SAVILS

REGIMEN ANTECEDENTIA

Q. M. M.

SEC. PRÆSTO DIVINI NUMINI

ET DECRETIS ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI LECTORVM

ORDINIS INFERIORISSIMI

ARGENTORATIENSIS UNIVER

SITATE

PRO LICENTIA

Summorum Honoris

et Rectoris Doctoralia

Bartholomaeus Hieronymus

liberarius

Argentorati

Bartholomaeus Hieronymus

liberarius

Argentorati

Argentorati

Bartholomaeus Hieronymus





I. N. D. N. J. C.  
INTROITVS.



Ulla res efficacius multitudi-  
nem regit quàm superstitio: alioqui im-  
potens, sæva, mutabilis; ubi vana reli-  
gione capta est, melius vatibus quam  
Ducibus suis pareat Curtius IV, 10, 7.  
Namque cum secures ac virgæ non am-  
plius timentur, terret tamen adhuc animos religio  
Cunæus de Republ. Hebræor. L. 1. C. 1. in f. p. 6. Hinc  
tantam religionis necessitatem simulque majorem in-  
de observantiam in hominum animis subnascentem,  
Grot. de J. B. & P. II, 20. §. 44. n. 3, 4. Matthias Berneg-  
ger. Observ. Miscellan. XIV, p. 89. Struy. S. J. Civ. Ex. XVII.  
th. 10. Corn. Nepos in Agesilaon. 4. Boxborn. Polit. L. 1.  
c. 2. Explan. p. 13. prudenter animadvertentes ad maxi-  
ma suscipienda nati, rebus, quas intendebant, perfici-  
endis stabiliendisve colorem religionis superinduxe-  
runt Rittershus. ad Novell. P. 1. cap. 1. n. 4. p. 43. it. Differ.  
Jur. Civil. & Canon. Proæm. in f. p. II. Theod. Reinking.  
de Regim. Secular. & Ecclesiastico L. 3. Class. 1. cap. 1. n. 3, 4, 5.  
p. 1056, n. 18. p. 1058. it. Biblische Pollicey L. 1. Ax. 6. p. 15,  
Ax. 7. p. 17. & seqq. Forstner. in Tacit. I. Annal. p. 76, 77;  
p. 108; & II. Annal. pag. 259. edit. Francof. an. 1622. Her-  
mannus Conringius de Civili Prudentia cap. II. §. 3. p. 7.



Cunæus *de Rep. Hebræor. L. 1. cap. 15. p. 95.* Nihil enim  
 injusti ab eo Principe exspectat populus, quem religio-  
 sum existimat, & à cujus partibus Dii stare creduntur,  
 Myler. *de Principibus & Statibus Imper. Rom. Germ. part. I.*  
 3 *cap. 2. n. 9. p. 10.* Sic Numa religionibus & divino jure  
 populum devinxit Tacit. *Annal. III, 26, 5,* eo magis cum  
 originem suarum sanctionum immediatè divinam,  
 monitu puta Deæ Egeriæ Florus *I, 2, 4,* prætenderet.  
 Idem Minos Cretensibus Valer. Max. *I, 2. Exter. 1,* Ly-  
 curgus Lacedæmoniis Justinus *III, 4, 10,* can. Moyse *1.*  
*Dist. VII.* persuaserunt. Mahumedes Alcoranum suum  
 à Deo compositum, & ad se per Gabrielem missum ju-  
 rejurando sanctè, si Dîs placet, (ne Mose, sanè divino  
 viro, minor videretur) affirmavit & obtinuit B. Bosius  
*de Imperio Turcico th. 6.* Forstner. *in Tacit. Annal. IV. p. 558.*  
 add. *ej. Hypomnem. Polit. 73. p. 238.* Bernegg. *in Tac. qu. 38.*  
 Besoldus *Syn. Polit. L. 2. c. 2. §. 3. p. 207, 208.* Selden. *de*  
*J. N. & G. juxta disc. Ebræor. L. 1. c. 8. p. 97. edit. Argentor.*  
 1665. Tantum profecit religio quamvis simulata!  
 4 Quam verò credas reverentiam eorum animis inhæsis-  
 se, quibus non nudæ Ducum assertioni stare, leges, qui-  
 bus in vita uterentur, à Sacro Numine profectas, neces-  
 sum erat, sed ipsi summo tremore præsentis certissimi  
 5 de sanctimonia legum testabantur. Et hæc quidè gens  
 fuit Hebræorum, *Exod. XIX, XX. 18, 19.* *Nehem. IX, 13.* Sulp.  
 Sever. *Histor. Sacra L. 1. p. 87. edit. Lugdun. Batav. an. 1647.*  
 Joann. Stephanus Menochius *de Republ. Hebræor. L. 5. c. 1.*  
*n. 1. col. 423. edit. Parisiis 1648.* Carolus Sigonius *de Republ.*  
*Hebræor. L. 1. c. 4. pag. 29. edit. Hanov. 1608.* Burchard.  
 Heinr. Tileman. *Rationar. Jur. Civ. Ex. I. p. 1. §. 7. (3.) p. 4.*  
 Conring. *de Civili Prudentia cap. XIV. §. 22. p. 313.* Chro-  
 nic. Carion. *Lib. 2. p. m. 39.* quænam verò? γένος βασιλείου



βασιλειον ἰσραήλ, ἔδνθ ἅγιον, λαὸς εἰς δειποῖσιν. *I. Pet. II, 9.*  
*Genes. XII, 2; XV, 13, 14; XVII, 8; Exod. XIX, 5, 6; Deuter.*  
*IV, 7, 8; VII, 6; XIV, 2; XXVI, 18; I. Sam. XII, 22; 2. Sam.*  
*VII, 8, 23, 24; XIV, 13; I. Reg. III, 8, 9; V, 7; VII, 51, 53.*  
*I. Paralip. XVIII, 21, 22; Psalm. CXLVII, 20.* Sed non so- 6  
 las leges eo, quo dictum est, singulari modo Hebraei ac-  
 ceperunt, sed praeterea inusitata aliis gentibus ratione  
 eorundem Rempublicam tenuit tutatusque est DEUS.  
 Quoties enim maximi res momenti peragenda, ex hu-  
 jus oraculis consilia publica petita sunt, non more quo-  
 dam aliorum gentilium, quos miserè saepius deceptos  
 per responsa scimus, Cunaeus *de Republ. Hebraeor. L. 3. c. 7.*  
*p. 334.* Nicolaus Everhardus *Loc. argum. Legal. in Praeam-*  
*bul. n. 24. p. 99.*, sed promissione divina confirmati, Me-  
 noch. *dr Rep. Hebraeor. L. 1. c. 8. n. 1. col. 51, 52; L. 3. cap. XIV.*  
*n. 11. col. 313; Conring. de Rep. Hebraeor. th. 10.* Hahn. ad  
*Wesembec. tit. de Orig. Juris N. IV. p. 95.* Kipping. *Instit.*  
*Polit. L. 2. cap. 3. Dist. IV, V. p. 21, 22, 23.* Itaque persignifi- 7  
 canter Flavius adversus Apionem modum hunc regi-  
 minis Θεοκρατίαν vocari posse defendit, quasi tu ejus-  
 modi civitatem dixeris, cujus Praeses Rectorque solus  
 DEUS sit, Cunaeus *de Rep. Hebr. L. 1. c. 1. p. 4.* Boxhorn.  
*Instit. Polit. L. 2. c. 1. §. 5, 6. p. 259.* Hornius *in Sulpit. Sever.*  
*Hist. Sacr. L. 1. p. 159. b. Exod. XVII, 5; I. Sam. VIII, 6, 7; XIV,*  
*37; XXIII, 2, 10, 11.* Grot. *de J. B. & P. I, 1. §. XVI, 1.* Struv.  
*Synt. Jur. Civ. Ex. I, th. 51.* Conring. *de Rep. Hebraeor. th. 2.*  
*6.* Ziegler. *in Grot. de Jur. B. Lib. I, cap. 2. §. XX. n. 3. p. 151.*  
 Tanta ergò celebritas cum fuerit Reip. Judaicae, rectè 8  
 pieque fecerunt aliae nationes, quae inde sibi exemplum  
 peterent, majoremque institutorum ejus partem in su-  
 am transferrent civitatem. Inde enim Aegyptii, ab his 9  
 Graeci, à Graecis Romani legum suarum originem acce-  
 perunt.





perunt. Selden. *de J. N. & G. juxta disc. Ebr. L.I. cap. 2.*  
 Valentin. Forster. *Histor. Jur. Civ. Rom. L.I. c. 22. n. 1. p. 88,*  
*89. l. 2. §. Postea ne. 4. ff. de Orig. Jur.* ( ubi ridicula glossæ  
 commentatio, uti consuevit, occurrit, quam attingit  
 Dn. D. Simon., *Fautor atque amicus perpetim colendus, in*  
*Comment. Grot. I, I. §. 5. n. 10. p. 34. j. Hahn. ad Wesembec.*  
*tit. de Orig. Jur. N. II. verb. ex lege Terentilia pag. 91, 92. )*  
*l. 2. ff. de Nundinis, l. Sciendum 13. ff. fin. regund. Struv. S.*  
*J. Civ. Ex. I. th. 63. p. 34. Joh. Volck. Bechmann. ad ff. tit.*  
*de Orig. Jur. n. 12. Wiefenbach. Curt. cum notis variorum*  
*IV, 10. n. 4. ad verb. peritissimos p. 203, 204. Tileman. Ra-*  
*tionar. Jur. Civ. Ex. I. P. 3. Ax. 22. inf. p. 28. Henr. Steph.*  
 10 *Font. Jur. Civil. Prefat. p. 2, 15, 16. p. 13. Unde tanta in ve-*  
 teri Jure Attico, & quod inde sumptum est Romano  
 XII. Tabularum (quæ prima & summa Juris Romani  
 fundamenta, fons omnis publici & privati Juris Arthu-  
 rus Duck, *Anglus, in eleganti libello ( Dn. Tabor de Regim.*  
*imperant. Ecclesiast. Prefat. p. 2. Dn. Osiand. in Grot. de*  
*J. B. & P. L. I. c. 1. th. 1. observ. 2. p. 131. ) de usu & author.*  
*Jur. civil. Roman. L. I. c. 3. §. 2. p. 35. Forster. Hist. Juris L. I.*  
*c. 22. n. 3. pag. 89. ) cum Legibus Hebræis similitudo est,*  
 Grot. *de J. B. & P. I, I, §. V. n. 10. Dn. Osiand. in Grot. L. I.*  
 11 *c. 1. th. 1. obs. 2. pag. 128. Quod enim de fure Lex divina*  
 disponit *Exod. XXII, 2, 3. idem in Lege XII. Tabularum*  
 repetitur, vid. XII. Tabularum fragmenta *Corpori Juris*  
*annexa Tit. XXIV. n. 1. p. 89. Forster. Hist. Juris L. I. c. 22.*  
*n. 38. p. 102. l. Si pignore. § 4. §. Furem. 2. ff. de Furtis. l. Fu-*  
*rem nocturnum. 9. ff. ad l. Cornel. de Sicariis. l. Itaque. 4. §. 1.*  
*ff. ad l. Aquil. l. Nec timorem. 7. §. 1. ff. quod met. caus. gest.*  
*cap. Si perfodiens. 3. X. de Homicidio. Grot. de J. B. & Pac.*  
*I, 3, §. II. n. 2; II, 1, §. XII. n. 1, 2. Struyius de vindict. privat.*  
*cap. IV.*



cap. IV. aphor. X. n. 2. & seqq. p. 52. Auctor Collationis  
Legum Mosaicarum & Romanarum Tit. 7., quem Si-  
mon Leeyvius Jctus retulit inter Authores & Fra-  
gmenta veterum JurisConsultorum de Origine & Pro-  
gressu Juris Civili Romani *Lugdun. Batavor. 1671. pag.*  
*605* cum notis Pithœi Jcti; absque his subjuncta cer-  
nitur Henrici Stephani libro, quem inscribit, *Juris Civi-*  
*lis fontes & rivus*, citat hunc Georgius Franzkius *Exerc.*  
*XII. n. 30. p. 736.* Idem Franzkius *c. l.* collationis aucto-  
rem *Licinium Aulfenum* (procul dubio mendum est ty-  
pothetæ, atque legendum *Rufinum*) teste Cujacio per-  
hibet. In *Notitia Juris, Corpori Juris in fol. edit. Amste-*  
*lodam. prefix. n. X.* inserta hæc: Hujus collationis (*scil.*  
*ll. Mosaicarum & Romanarum*) seu pariationis Auctor  
**Licinius Rufinus** à Tilio primum, mox & à Cuja-  
cio dicitur; verùm ex conjectura, an ex veteris libri fide,  
haud satis compertum. Sanè non, *pergunt compila-*  
*tores Jacobus Gothofredus D. F. & Josephus Maria Suare-*  
*sus Vasionensis Episcopus*, potest esse Licinius Rufinus ille,  
qui Pauli *σύγχρονος* fuit, (*vid. Jacobi Gothofredi Manuale*  
*Juris cap. 7. p. 25*): Verissimum enim est, hanc collatio-  
nem editam post Codicem Theodosianum, seu post A.  
D. 438, quando quidem ex eo Codice quandam consti-  
tutionem laudat de impudicis, & quidem (quod obser-  
vandum) plenior, quam eo Codice, quem hodie  
habemus, extat, ac proinde ex integro non decurtato  
Codicem Theodosiano. Eadem opera suavissimum  
concentum constitutionum, quas justo ordine recen-  
set Sulpitius Severus *Hist. sacr. L. 1. p. 88. & seqq.*, cum  
jure Romano facile esset ostendere; in quo excellit  
Henric. Stephanus *in Jur. civ. fontib.* Quod nempeta-  
cens consentire videatur *Num. XXX, 5, 12. l. in sponsalibus 7.*  
*§. 1. ff.*

Auctor col-  
lationis ll.  
Mosaicar.  
& Romanarum

quis

12



- §.1. ff. de sponsal. l. item queritur 13. §. Qui impleto. 11. vers.  
 Quod autem. ff. locati conducti, cap. Qui tacet 43. de R. l. in  
 6to. Grot. de J. B. & P. II, 4. §. V, 1. D. Beyer, Curia Pro-  
 vincialis Ducalis Saxonica Advocatus, in Schnobel. Disput.  
 XIV. in ff. th. 9. p. 454. Menoch. de Republ. Hebræor. L. 2.  
 13 cap. 19. n. 11. col. 241. Consensus parentum in nuptiis li-  
 berorum quod adhibendus, Vinnius latè in pr. tit. Instit.  
 14 de Nuptiis n. 3, 4, 5. p. 61, 62. Alia quoque præclara Juris  
 argumenta ex Sacro Codice eruere atque condecorare  
 possemus, Nicolaus Causinus de eloquentia sacra & hu-  
 mana L. 3. cap. XI. in f. p. 152. Colon. Agr. 1634. v. gr. Jus  
 obsidum, Genes. XLII, 24, 2. Reg. XIV, 14, Sulp. Sever.  
 Hist. Sacr. L. 1. p. 58. Grot. de J. B. & P. III, 20. §. 52. & seqq.  
 Joh. Frider. Hornius Polit. Architect. L. 2. c. 2. §. 17. p. 235.  
 Confinationem, da einer ins Haus schwören muß.  
 1. Reg. II, 36, 37. l. Potest Praeses 9. D. de interdict. & releg.  
 Dn. Tabor. de Jure obstagij cap. 8. th. 7. p. 50. cap. 10. th. 2.  
 p. 59. Quam condemnationem sine ratione Grotium  
 de J. B. & P. II, 20. §. 1. n. 1. è censu poenarum excludere  
 arbitratur Dn. Tabor Racemat. crimin. Anal. art. 161. Con-  
 stit. Carolin. §. 5. pag. 510; eo quod omnis noxæ vindicta  
 poena propriè dicatur, l. Aliud fraus 131. pr. ff. de V. Sign.,  
 coetibus autem publicis arceri referatur inter vindictas  
 noxæ, ad quas quis damnatur. l. potest Praeses. 9. D. de in-  
 terdict. & Relegat. Confrontationem Genes. III,  
 8. & seqq. Dn. Tabor de Confrontatione part. 1. th. 12, 14.  
 15 p. 8, 10. th. 22. p. 16. Sed nobis impræsentiarum propo-  
 situm, ex Regibus Hebræorum, quorum splendor illu-  
 stris, fama que fuit maxima. 2. Sam. VII, 9. 1. Reg. I, 47.  
 III, 12, 13; IV, 31, 34; V, 7; X, 1, 7, 24. 1. Paral. XV, 17;  
 II. Paral. IX, 16. XVII, 10, XXVI, 8, 15. XXXII. 23, 27;  
 Esra IV, 20; Nehem. XIII. 26; Matth. VI, 29. quique post  
 Duces



Duces & Judices (Respublica enim Hebræorum tunc initium habuit, cum in Palæstinorum beatas sedes perductus est sacer populus Cunæus *de Republ. Hebræor. L.1. cap. 8 pr. p. 44*, ita *cap. 1. p. 3*; Menoch. *de Rep. Hebræor. L.1. cap. 2. col. 9*; Sigonius *de Republ. Hebr. L.1. c. 5. p. 39*, *L. 7. c. 1. p. 338*; Gerhard. *Loc. Theologic. de Magistratu politico §. 49. p. 249.*) populo Israëlitico præfuerunt, primum, SAULEM nempe, ita contemplari, ut ejus electionem cum iis, quæ eam proximè præcesserunt, ex Jure illustremus.

## SECTIO I.

continens

### *Saulis Vocationem*

quæ præcesserunt.

**S**Amuel senio confectus filios judices constituit, qui 16  
 patris studia neutiquam sectantes, *I. Sam. VIII, 3, 5*;  
*XII, 3, 4*, avaritiæ dediti pessimè justitiam administra-  
 bant (Discite judices seculi, quem in judicando tenere  
 debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sincerita-  
 tem, *can. Judicet 4. III, qu. 7*; add. *I. Reg. III, 27, 28*; *X, 9*;  
*2. Paralip. XIX, 6, 7*; Bœcler. *Dis. Judex unus & multi p.*  
*23*; Dn. Tabor *de Confrontatione Part. 3. th. 4. p. 70*; Dn.  
 Zieglerus *Tractat. Moral. de Judicum Officio & Delictis.*  
*Dis. Prelimin. de Officio & virtutibus Judicis §. 10. p. 8, 9.*  
 Elegans est dictum Baldi: *Judicem duos sales habere oportere: Unum sapientiæ sive scientiæ; Alterum bonæ consci-*  
*entiæ.* Fuchs. *Analys. l. ult. C. de Jurisdic. omn. judic. & de*  
*foro competentis, quam pro inaugurali elegit, Additam. XI.)*

Qq

& quasi



17 & quasi venalem eam præferebant, uti congruè applicari huc verba possunt Sulpitii Severi *Hist. Sacr. L. 1. p. 120*, quibus vitia ministrorum Ecclesiæ sui temporis redarguit. Nefandum hoc erat crimen *Exod. XXIII, 8; Deuter. XVI, 19; 1. Sam. XII, 3; Joh. Henr. Hottinger. Juris Hebraorum leg. 87. p. 114 edit. Tiguri 1655, Gerhard. de Magistr. polit. §. 102. p. 270, it. cap. VI. sect. V. Membr. 2. art. II. §. 288. p. 367; Reinking. Biblische Pollice L. 2. Ax. 50. p. 309; Causin. de Eloquent. sacra & humana L. 12. cap. 18. p. 618, 4; l. 1, 3, l. 5. §. 2. ff. de lege Julia repetund., l. Jubemus 4, l. Sancimus 6. Cod. eod. Mævius ad Jus Lubecense L. 1. T. 1. Artic. IV. n. 5, 6, Dn. Ziegler. c. l. Diss. Prelim. §. X. p. 8, §. XVI. p. 12; it. Conclus. XX. §. 4, 5. p. 354, §. 12. p. 360.*

18 tantum enim munera cessare debent *l. 1. §. 3. ff. de calumniator., Nov. 124. cap. 1, & inde desumpta auth. Principales personæ C. de Jurejur. propt. calumn. dando, cap. Statutum II. §. Insuper ut 4. de Rescriptis in 610. Corvin. Aphorism. Jur. Canon. L. 3. T. 14. p. 174, 175, Rittershus in Novell. part. II. cap. 2. n. 14. p. 133, it. part. IX. cap. 19. n. 7. p. 598, ut nec alicui liceat offerre, quo in bona causa, nedum quo jura pervertantur, secundum se iudex pronunciet, l. 2. §. 2. ff. de condict. ob turp. caus., l. 1. §. 2. ff. de L. Cornel. de falsis, l. vel quo magis 4. ff. de L. Jul. repetund. Magnif. Dn. Schilter, Consiliarius Aulicus Serenissimi Ducis Bernhardi Saxo-Jenensis, Mecenas ac Promotor studiorum summè venerandus, in Exercitat. Theorico-Præctici ad ff. V. th. 13. p. 148, & in Manu-ductione Philosophiæ Moralis ad Jurisprudentiam MS. Ex. IX. th. 26; Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. XVIII. th. 23, Ex. XLIX. th. 71, 73; Ehrenfried Diss. Inaug. de Conscientiæ foro cap. VI. n. 155. p. 192; Ziegler. c. l. Conclus. XX. §. 10. & seqq. p. 358, 359.*

19 Nec pro munerum licita acceptatione facit *l. Solent 6. §. Non verò 3. ff. de Offic. Procons. & Legati. Quoniam*



niam loquitur de muneribus, quæ dantur Proconsuli ut  
 hospiti, non ut judici, Gothofr. *ad. c. l. lit. P.* Dn. Schil-  
 ter. *cit. Ex. V. ad ff. th. 14. p. 149*, Ziegler. *c. l. concl. XX. §. 27.*  
*p. 373; §. 33. p. 377, 378*, Bernegger. *in Tacit. qu. 80*, Dn.  
 Strauchius *Disf. Exoteric. IV. th. 9. p. 99*; Justus Mejerus  
*in Collegio, quod vocavit, Argentoratensi.* (Dn. Tabor *in E-*  
*pist. Dedic. Racemat. crimin. p. 2.*) *t. de L. Jul. repetund. n. 3.*  
*III, IV. p. 1747 edit. Argent. 1616; it. L. I. T. 22. n. 29. p. 76.*  
 Optimè sanè provisum est, quando enim judicia non  
 vigent, quæ inde querelæ, quæ turbæ resultent Conra-  
 dus Hornejus *Philos. Mor. l. 3. c. 7. §. V. p. 401*, Causin. *de*  
*Regno Dei Disf. XXXV. pag. 109 a. edit. Colon. Agripp. 1652,*  
 non aliunde sollicitè quæramus, cum insigni in Rep.  
 Judæorum mutationi ansam isthæc dederint, ut novam  
 planè faciem, Monarchicum Imperium, assumerit.  
 Majores namque natu, qui Patres appellari poterant Pa-  
 triæ Caspar Sanctius *in 1. Reg. 8. v. 5. n. 6. p. 167 edit. Iu-*  
*gdun. 1623*, frequentes Samuelem circumstitebant, &  
 cum ipse ob deficientem ætatem rebus amplius super-  
 esse non posset, filii verò indigni, Regem rogabant, pe-  
 tito argumento, quod vicinæ gentes Regibus parerent.  
 Unde Civilis apud Tacitum vocat suctum Regibus ori-  
 entem *IV. Hist. 17, 7; Cunæus de Rep. Hebræor. L. I. c. 14.*  
*p. 82.* Ergò Rerump. pericula, detrimenta, convulsio-  
 nes, ruinæ suis non destituuntur causis, Bernegg. *in Ta-*  
*cit. qu. 212, j. Chronico Carionis præfix. Epist. Dedicat.*  
 Casparis Peuceri, Georg. Schönborn. *Jct. Polit. lib. 7.*  
*cap. 2. & seqq. pag. 504.* In his Imperiorum morbis vel  
 præcavendis vel emendandis totus est Stagirita *in lib. V.*  
*Politic.* Illud præstat historia, ut eventa dum notat, cau-  
 sas simul aperiat, cur hoc factum, illud omissum, cur ex  
 illo calamitates, ex hoc optata contigerint. Politicæ  
 Judaicæ

20

21

22

23





- 24 Judaicæ vicissitudines magna oratione perstringit  
Hornius *in dedicat. Commentat. Sulpitiana*. *Ἀνακύκλωσις*  
sive circula rem revolutionem Reip. Romanæ proponit  
B. Boeclerus *in Tacit. 1. Annal. I. n. II. p. 24. & seqq. add. §.*  
*Senatus Consultum 5. Inst. de J. N. G. & Civ., l. Necessarium.*  
*2. §. Et cum. 24. ff. de Orig. Jur.* Myler. *de Princip. & Sta-*  
*tib. Imperij P. I. cap. VII. n. 3. & seqq. p. 47;* Forster. *Histor.*  
*Jur. L. 1. c. 13. n. 1. p. 46, cap. 17, 19, 22, 23, 24, 26;* Sutholt. *Disß.*  
*de Jurisdictione aph. 41. & seqq. p. 393,* Dn. Strauch. *Disß.*  
*Exot. V. th. 5. p. 126,* Becker, *Syn. J. publ. L. 2. c. 4 §. 11. p. 79,*  
Hornej. *Philos. moral. l. 3. c. 6. n. 8. p. 395,* Paulus Manutius  
*de quatuor Rebus publ., cujus libri pars reperitur in Volum.*  
*Epist. L. 2. Ep. 2.* Ab Imperii nostri Germanici causis  
atque modis conservantibus, augentibus & corruppen-  
tibus orditur Joh. Volck. Bechmann. *in Exerc. Jur. publ.*
- 25 Explodenda igitur venit eorum sententia, qui fatalem  
periodum divinitus prædeterminatum imperiis asse-  
runt, vid. Naamanis Bensenii *Exercit. politica de summa*  
*potestatis subjecto, ubi in fin. ejus, contra quem scripsit, men-*  
*dacia partim, partim dogmata monstrosa recenset, inter que*  
*& hoc relatum n. XI. pag. 2,* vel ab astris mutationes de-  
rivant, vel easdem longius causari tempus arbitrantur.
- 26 Verum fatalis necessitas Stoica, ut à gentilibus est con-  
ficta, ita merito reprobatur, Joh. Wolffius, Jctus, *Le-*  
*ctio. Memorabil. & Recondit. Centenar. I. p. 8, 9, it. p. 26, 27*  
*edit. Lavingæ 1600;* Dn. Maurit. *de principiis Juris publici*  
*German. cap. IV. sect. 3. §. XXIV. n. 4, & §. XXV. & seqq. p. 80;*  
Dn. Schilter. *Manud. Philos. Moralis ad Jurisprud. Ex. VI.*  
*th. 19,* Th. Franzl *Orat. in pr., que annexa est Struv. Synt.*  
*J. Feud., Bernegger. in Tacit. qu. 153. circ. fin., Conring.*  
*de Civili prudentia cap. VIII. §. 26. p. 137,* Bosius *de Imperio*  
*Turcico th. 32,* Kipping. *Instit. Physic. L. I. c. 8. n. 8. & seqq.*  
p. 51.



p. 51, Burgersdic. *Idea Philos. moral. cap. VI. §. 24. pag. 71,*  
 Le Bleu *Diss. de morbis Imperiorum præcipuis coroll. 3. p. 60,*  
 61, T. Fatidicus *ad Dolabellam Mercur. Codicill. VII. art. 5.*  
 p. 154. Absit tamen quis existimet, non curari à DEO 27  
 negocia humana, quod sine summo scelere fingi ne-  
 quit, Grot. *Prolegom. de J. B. & P. n. 11,* Hottinger. *Jur.*  
*Hebræor. leg. 168. p. 236. add. Th. Franzl orat. cit. pag. 619,*  
 ubi venustissima proponit, quæ huc apponere non pi-  
 grabor: Aristotelem dicere solitum legimus, alio atq;  
 alio modo quæstionibus responderi debere. Quærun-  
 t quidam, dicebat ille, an ignis caleat, fac ignem tangant:  
 sensus ipse idoneus, qui ejusmodi quæstioni respon-  
 deat. Nonnulli, utrum parentibus honor debeatur:  
 Hos increpa acriter & objurga, nec enim digni, quibus-  
 cum disputes. Exigunt alii, ut sibi evidentibus ratio-  
 nibus probetur providentia, qua regitur mundus, fla-  
 gris nefarii isti excipiendi sunt, ne verò Philosophi ver-  
 ba sed carnificis verbera merentur. Causa enim con-  
 siliorum & eventuum humanarum actionum & DEUS  
 est & humana voluntas, concurruntque ille ad actiones  
 qua bonas qua malas modo dispari. Dn. Schilter *cit. l.*  
*th. 17,* Burgersdic. *c. l.,* Bensen *de Summæ Potestatis Subje-*  
*cto Vindic. n. X,* Johann. Gerhardus *Epitome Locor. Theo-*  
*logic. Tab. IX. de Providentia pag. 26,* Conring. *de Civili*  
*Prudentia cap. VIII. §. 26. p. 137.* Secundam, quam con- 28  
 stellationi ascribunt, Kippingius *in Instit. Polit. L. 2. c. 20.*  
 p. 189 prolixè refutat; conf. Gothofr. *ad l. intestato 3. §. de*  
*eo. 12. ff. de suis & legit. hered. lit. i;* Forster. *Hist. Jur. L. 1.*  
*c. 1. n. 7. p. 6, 7;* Bernegg. *in Tacit. qu. 214. circa fin., it. qu.*  
*153. circ. fin.,* Schönborn. *Polit. L. 7. c. 25. inf. p. 541,* Le Bleu  
*Diss. de morbis Imper. præcipuis th. 4. p. 3.* Superest ultima, 29  
 qua temporibus tantam inesse ἐνέργειαν statuitur. Bernegger.  
 Qq 3 *in Tacit.*



30 *in Tacit. qu. 153. vers. quingentos annos, it. qu. 212. vers. cum igitur, Dn. Schilter Ex. II. ad ff. th. 8. p. 40, Forster. Hist. Jur. L. I. c. 1. n. 4. p. 5, Schönborn. Polit. Lib. 7. cap. 24. pag. 538, 539. Canonem Philosophorum, quantitatum*  
 31 *(Hermannus Vultejus in Disceptat. Scholastic. c. X. p. 88) per se nullam esse efficaciam, Joach. Jungius Compend. Logicae Hamburgensis L. I. c. 5. n. 15, huc revoco. Cum verò & tempus & numerus sub quantitate comprehendantur, de posteriori ideò nonnulla adjungemus, quo singularis quorundam de eo opinio indubium vocetur.*  
 32 *Tempus ex suapte natura vim nullam effectricem habet: nihil enim fit à tempore, quanquam nihil non fit in tempore, Grot. de J. B. & P. H, 4. §. I. Ut ad-*  
 33 *eò, qui inde Dictatori Majestatem denegant, quod Dictatura fuerit temporaria Tacit. Annal. I, 1, 2, nihil obtineant; Qui rectius fecissent ostendendo, quid Dictatori tributum, quantum verò populo saluum mansisset. Forster. Hist. Jur. L. I. c. 37. n. 10. p. 65, l. 2. §. Populo 18. ff. de Orig. Jur. ibique Vinn. ap. Leevv. p. 31, 32, l. unic. ff. de Offic. Praefect. praetor., Hermes Fascic. Jur. public. c. 35. n. 69. p. 745, Kipping. Instit. Polit. L. I. c. 16. Dist. V. p. 108, 109, L. 2. cap. 1. Dist. V. p. 3, 4, Lucius Fenestella de Magistratibus Roman. c. 8. n. 2 apud Leevvium p. 116, Pomponius Lætus de Magistr. Rom. c. XVI. n. 1 ap. Leevv. p. 181, Bensen. de Summa Potest. Subjecto, in Vindicis n. XVIII., Henniges in Grot. de J. B. & P. L. I. c. 3. §. XI. n. 2. p. 230, 231. Perpetuitatem summæ cujuslibet potestatis necessarium statuentes requisitum, Bodinus de Republ. lib. 1. c. 8. pr. p. 123, 125. edit. Francof. 1641, Benedict. Carpzov. de Lege Regia German. c. XIII. sect. 7. n. 10, II. pag. 334, Wurmser. Ex. III. Jur. publ. qu. 3. p. 101, Becker. Syn. Jur. Publ. lib. 2. c. 7. §. 8. p. 99, sumunt potius quam probant. Conring. ad Lam-*  
pad.



*pad. de Rep. Romano-German. P. 2. §. 8. p. 65; Grot. de J. B. & P. 1, 3. §. XI. n. 2.* Sanè tempus extrinsecum accidens  
 intimam constitutionem potestatis non penetrat. Non  
 minus homo est, qui horam vixit, quàm qui seculum  
 implevit *Hornius Polit. Architecton. L. 2. c. 10. §. 3. p. 467.*  
 Consularis dignitas & ea est, quæ anno terminatur, uti  
 quæ diutius & per vitam durat. vid. *Bernegg. in Tacit. qu. 179,*  
 ubi disquirat, annuosne & ambulatorios, an  
 verò perpetuos Magistratus esse consultius? *id. qu. 160,*  
*Gerhard. Loc. de Magistr. Politico c. V. sect. 2. §. 130. pag. 282,*  
*Schönborn. Polit. L. 2. cap. 3. inf. p. 96,* Paulus Manutius  
*Proem. lib. de Magistrat. Rom. vers. quocirca patriam meam,*  
 (Venetias) *Hermes Fascic. Juris publici c. XXXV. n. 68. p. 744.*  
 Tempus per se non operatur, ut v. gr. post decendium  
 sententia transeat in rem judicatam, nec provocationi  
 locus sit, *Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. XLIV. th. 10:* Ut modo  
 latiori, modo angustiori res acquiratur intervallo; sed  
 à legislatoris dispositione promanat, *pr. Inst. de perpet. & temp. action., t. C. de prescr. 30. vel 40. annor.,*  
*Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. XLVI. th. 28, 29; Ex. XLIII. thes. 2; Sut-*  
*holt. Diss. XIX. th. 13. p. 366,* Statut. inclytæ Reip. patriæ  
*Part. 1. Tit. 21. art. 2; Tit. 2. art. 2.* Hic enim, prout vi-  
 derit consultum esse Reip., præscriptionis terminos vel  
 breviores, vel ampliores præfigere pro lubitu potest. Sa-  
 muel. Stryke *Dissert. Inaugural. ad l. AEmilius 38. ff. de*  
*Minoribus cap. VI. n. 2. p. 65., pr. Inst. de Usucapion.,* *Struv. S.*  
*Jur. Civ. Ex. XLIV. th. 19, Ex. XLVI. th. 77; S. J. Feud. cap. X.*  
*aph. 7. n. 3. p. 380., Corvin. aphor. Jur. Can. L. 3. T. 15. p. 175.*  
*inf., p. 176, Tit. 35. p. 231, Tit. 36. p. 238, 240.* Præscriptio-  
 nem quoque inter gentes valere certum est, sed quan-  
 to includatur spatium non æquè exploratum, *Grot. de J. B. & P. II, 4. §. I, II, VII; Judic. XI, 26.* Tempus longum  
 locati-

34

35

36





37 locationi adjectum non facit, ut transeat in aliud genus contractus, Struv. *S. J. Civ. Ex. XXIV. th. 7, ibiq; Evolut. p. 339, it. in S. J. Feud. cap. XII. aph. 7. n. 2. p. 437, C. J. A. tit. Locati conducti n. 12. VIII. p. 903, quia non temporis adjuncto, sed propria conventionis forma contractus distinguuntur. l. Si procuratori 8. pr. ff. mandati, Franzkius *Exerc. XI. n. 5. p. 664, n. 7, 8. pag. 665.* Itaque verum manet, temporis per se vim esse nullam, & si quando usu veniat, ut ita dicatur, rei naturam à communi, etiam ab ornata loquendi formula separandam. Fernandus Vasquius *Jctus, Hispanus, lib. 2. Controv. illustr. c. 56. n. 3. & seqq. p. 222 edit. Francofurt. 1668, Dominic. Tuscus, Cardinalis, Conclus. Practic. Tom. VIII. lit. T. conclus. 41. p. 16 edit. Francofurt. 1621, Christophorus Sturcius in Regul. Juris. l. quoties 98. n. 1. p. 420.* Cadit ergò opinio, ex diutino tempore Reip. mutationem suboriri.*

38 Nunc de numero videamus. Contemplandi occasionem subministravit D. Leopoldi *Disp. Inaugural. de Venia Ætatis, ubi in cap. 1 circa evolutionem homonymiæ ætatis §. 4, 5 de partibus ætatis controvertentes Doctores citat, quorum alii tribus, alii quatuor, alii quinque, alii etiam sex absolvi partibus astruant.* Postrema venit sententia spectanda, sed non tam hæc, quæ certo modo posset tolerari, quàm ratio probandi. Verba autem ipsa transcribemus, quò liquidius cuncta pateant. Sf. *Oddus de restit. in integr. qu. 2. art. 2. n. 44. (rectius ita: P. 1. qu. 2. art. 2. n. 14. p. 13 edit. Francof. 1672.) non quinque ut Varro, nec quatuor ut Galenus, sed sex hominum ætates constituit, idque ex sententia Hippocratis, cui tantum tribuunt Jcti, l. 7. (est verò l. Septimo mense 12.) ff. de statu hominum; I. est ad 7. annum dicta Infantia, l. 18 C. de jure deliber. II. ad 14, in feminis verò ad 12., Pueritia, princ.*



pr. *Inst. de Nuptiis*, §. I. I. quib. mod. tut. fin. III. ad 25. annum, *Adolescentia*, l. I. de Minor. Ab hoc tempore IV usque ad annos 50 *Virilitas*, V. ab hoc tempore usque ad annos 70, & dicitur *Senectus*. VI. usque ad finem vitæ, & dicitur *Decrepitas*. Hujus *rationem* esse putat, quod homo *Μικροκόσμος* dicatur. Mundus magnus verò sex ætatibus distinguatur. I. usque ad Noe. II. Usque ad Abraham. III. usque ad David. IV. usque ad captiv. Babylon. V. usque ad Christi nativ. VI. usque ad finem mundi. Deinde quod numerus senarius primus perfectus numerus sit secundum Arithmeticos & Isidor. *in 3. Etym.* ex eo, quod ejus partes aliquotæ, quæ illum constituunt, multiplicatæ illum semper constituent. Accedit, quod sit numerus quadratus & sic maximæ perfectionis, cum in se ipso multiplicatus in se ipso desinat, videlicet 36. Quod 39 ad primam rationem attinet, libenter largimur, hominem *Μικροκόσμον* dici, sed quod inde eliciunt, etiam sex esse ætatis hominis partes, quomodo mundi 40 sex ætates deprehenduntur, in eo displicent. Venusta equidem est comparatio, isthæc tamen neutiquam importat, ut partes ubique sint æquales; imò id ipsum comparationi adversatur. Tum etiam definitio illa 41 mundi ætatū liberi est hominū arbitrii, à qua quomodo ad naturam hominis, quam DEUS indidit, & aptè ad eò disposuit, inferatur, nondum capio. Constat nempe, nonnullos distinguere in seculum *ἄθλων, μυθικὸν & ἰσορικόν*. Carolus Sigonius *de Republ. Hebræor. lib. I. c. I. p. 15* innotescere ait, quatuor à principio hominum quasi stirpes aut propagationes extitisse, quas Scriptura Sacra *γενέσεις*, i. e. generationes appellat: unam à primo homine Adam usque ad Noe, alteram à Noe ad Abraham,

R r tertiam



tertiam ab Abraham ad Davidem Regem , quartam à Davide ad eum, de quo diximus, Christum pertinuisse. Plerique insigniores post Christi nativatem mutationes adjiciunt , scil. quæ sub Constantino Maximo, ita enim in verusto quodam Scriptore expressum memini, & Carolo M. contigerunt. Relinquitur ergò, modò  
 43 plures, modo pauciores mundi ætates numerari. Imò vel in una gente historici infantiam, adolescentiam, senectutem referunt Florus *histor. Roman. init.*, Myler. *de Princip. & Stat. Imperij P. I. cap. 2. n. 1, cap. 3, 4, 5*, Hornius  
 44 *in Dedic. comment. Sulpitian.* Alteram rationem pariter  
 45 vacillare demonstrandum. Verum est, numerum senarium esse primum perfectum numerum secundum Arithmeticos : sed admodum desideramus inde affinitatem cum partibus ætatis. Perfectus ita dicitur numerus ex placito Mathematicorum, & quod perfectus dicitur, arti est proprium. Nec enim perfectus opponitur hic imperfecto, ceu partus appellatur imperfectus, ut ea acceptione 23, 57 numeros arguere liceat imperfectos, cum omnis numerus perfectus aut à senario aut octonario incipiat Joh. Arnold. Tassius, *Gymnasia Hamburgensis, dum viveret, Mathematicum Professor, Compend. Arithmetice MS. cap. IV. theor. 1.* Quod si procedit, totidem esse ætatis partus, quot sunt unitates numeri perfecti v. gr. senarii, sequetur, viginti octo esse ætatis partes, quoniam numerus 28 ex partibus aliquotis 1, 2, 4, 7, 14, uti 6 ex 1, 2, 3, eo, quo perhibent, modo resultat.  
 47 Nec regeri potest, non tamen esse primum. Hoc enim an tanquam extrinsecum ipsam rem ingrediatur valde  
 48 ambigo. Porro quod adjungunt, numerum senarium esse quadratum, & ita maximæ perfectionis, cum in se ipso multiplicatus in se ipso desinat, videlicet 36: eadem



dem argumentandi formula quinque partes defenden-  
 tur; utpote cum 25 ex laterum æqualium 5, 5 multipli-  
 catione, unde quadratus numerus juxta artis peritos ef-  
 formatur Taffius *c.l. cap. 1. def. 4*, profiliant, & 5 in se  
 ipso multiplicatus in se ipso desinat, videlicet 25, add.  
 Sfort. Oddus *de Restitut. in integr. Part. 1. qu. 2. artic. 3. n.*  
 34. p. 14. Decisionem rectius inde petendam existima- 49  
 rem: quot sunt mutationes in homine, tot quoque  
 sunt ætatis partes, vid. Bernegger. *in Tacit. qu. 214*. Jam 50  
 vel maximas, exstantiores, dilucidiores, quæ minores  
 subtiliores complectantur, numerare fas erit, adeoque  
 pauciores, vel singulas seorsim, & plures, forsanique se-  
 ptem in Corpore Juris nostri (sicut id vocat Imperator  
*in l. un. pr. C. de Rei uxor. act.*) apparebunt. Nimirum 51  
 mentio fit infantum, infantia proximatorum & puber-  
 tati proximatorum, §. *Pupillus 9. Inst. de inutil. stipulat.*, §.  
*In summa 18. Inst. de obligat. quæ ex del. nasc.* Magnif. Dn.  
 Rebhan, *Venerandus Facultatis Juridica Senior, Patronus*  
*atq; Præceptor submisse observandus, in Hodegeta Juris Chart.*  
*2. clim. 3. Parall. 2. n. 52. in d. p. 492, 496*, Dn. Strauch. *de*  
*Regulis Juris antiqui Diss. II. th. 10. & seqq. p. 12*, Struv. *S.*  
*Jur. Civ. Ex. VI. th. 39, S. J. Feud. cap. V. aph. 13. n. 1. pag. 169*,  
 Pubertatis, virilitatis, senectutis, decrepitudinis, §. *Si quis*  
 33. *Inst. de Actionib.*, §. *Extraneis 5. Inst. de Hered. qualit. &*  
*differ.*, *pr. I. de Nuptiis*, §. *Minorem natu 4. Inst. de Adoption.*  
*ibiq; Loccamm. lit. R*, unde octo liceret statuere partes sive  
 ætates, Strauch. *c.l. th. 15. p. 14*, Corvin. *aphor. Jur. Canon.*  
*L. 1. T. 26. p. 41*, §. *ult. Inst. quib. alien. lic. vel non, ubi minor*  
*pro pupillo venit*, Loccamm. *ib. lit. K. jung. cap. In præ-*  
*sentia 8. vers. Præterea. X. de probation*, ibique Ungepauer.  
*in Notabil. 6. p. 244*, §. *Item major 13. Inst. de Excusation.*  
*tut. vel cur.*, *l. 2. pr. ff. de Excusat.*, *l. 3. pr. C. qui testam. fac.*  
 Rr 2 poss.,



poss., *l. Semper. in 5. pr. ff. de jure immun.*, ibique Gothofr. *lit. B. Struv. S. J. Civ. Ex. XLVIII. th. 10. (2), can. Tanta 24. Dist. LXXXVI; can. Tanta nequitia u. qu. 7. 1.*, Dn. Strauch. *in Gratian. Dist. 81.*, Dn. Krebs *de eo quod circa vulnera justum est §. 74.*, Tuscus *Conclus. Practic. Tom. 3. lit. E. concl. 335. p. 150, 151.*, Puffendorff. *Elem. Jurisprud. Universal. L. 1. Def. 3. §. 12. p. 25.* Hinc simul liquet, quid statuendum sit de eo, quando Bonifacius VIII in Proœm. Lib. Vlti Decretal. ait: Sextum censuimus nuncupari: ut idem volumen senarium (qui numerus est perfectus) librorum illo adjuncto numerum comprehendens perfectam in rebus agendis formam tribuat, & in moribus disciplinam. Rident alii Pontificis ineptissimam rationem in *cap. Non debet 8. X. de consanguin. & affinit.* Sutholt. *Dis. II. aph. 38. p. 46.*, Magnif. Dn. Schröter, *Antecessor in alma Salana, in not. ib. p. 63.*, Ziegler *in Lancelot. Instit. Juris Canon. L. 2. Tit. 13. §. 10. p. 460. vers. Quod autem;* quem Cardinalis Bellarminus defendere conatur, Ungepauer *in cit. t. n. 5. p. 549.*, j. Henr. Zoësius *ad Decretal. eod. tit. n. 7. in f. p. 424. b.* Vid. m. *can. Ad sedem Apostolicam 2. qu. 5. XXXV*, ubi in fin. ferè hæc: *Sicut totius mundi sex ætates existunt, & humane vitæ itidem sex, ita & in consanguinitate sex tantummodo autumant computandas esse generationes.* Nec prætereundum est hoc loco, in quantum doctrina illa numerorum abutantur in rebus, quarum ratio perspicua redditur. Sic quod septimo mense partus perfectus nascatur, mysterio numeri septenarii, quem inter omnes perfectissimum nuncupant Sfort. *Oddus c. l. art. 3. n. 27. p. 13.*, item quod septem testes in solenni adhibeantur testamento. Cum tamen de illo rectius à Medico, de hoc à Jcto edoceamur. Ungepauer *Ex. VIII. qu. 2. p. 375.*, Gothofr. *in l. Septimo mense 12.*  
D. de



*D. de Statu homin. lit. r, it. in l. Intestato 3. §. De eo 12. ff. de suis & legit. hered. lit. i,* Hermes *Fascic. Jur. publici c. XVI. n. 4. p. 323,* Everhard. *Loc. legal. XLVII. p. 576, 579,* Henr. Salmuth. *in Panciroll. P. 2. rer. memorabil. Tit. X. p. 196, 197;* Sutholt. *Disß. VII. aph. 32. p. 137, Disß. X. coroll. 2. p. 223;* Rittershus. *de Differ. jur. Civ. & Canon. L. 4. c. 1. pag. 120, 121,* Carpzov. *P. 3. const. 3. def. 2. n. 3. seqq,* Ludvvell. *ad §. 3. Inst. de testam. ordin. n. 3, 4. pag. 196.* Quod partus decemmetris legitimus reputetur, Tertullianus honori Decalogi tribuit, ut tanto numero nascamur quanto renascimur Gothofr. *in Nov. 39. cap. 2. lit. E.* Nos firmiter illi stamus sententiæ, in numeris talem non latere virtutem, qualem venditant Hermes *Fascic. Jur. Public. cap. XVI. n. 4. p. 323. a.* Sic enim instrumentale superaret principale *l. 1. §. 1. vers. Sed & D. quæ sentent. sine appellat. rescind., ubi quinquaginta & viginti quinque fieri centum iudex putaverat,* Struv. *S. I. Civ. Ex. I. th. 25, 27; Ex. XX. thes. 19; Ex. XXII. th. 30,* quod qua facilitate profertur, eadem exspirat. Superstitiosum est operationem atque vim aliquam in numero ponere. Ungepauer *c. l. p. 374.* Uberius & certè præter intentionem in his occupati fuimus, in viam redeamus. Natio ergò Israelitica, cum Joel & Abia dissimiles moribus patri Samuели existerent, Regem exposcebat. Aliàs licet populo formam, quâ amet regi, quæ diversitas formarum ex diversitate ingeniorum proficiscitur Boxhorn. *Polit. L. 2. c. 1. §. 2. p. 257, 258,* amplecti Grot. *de J. B. & P. I, 3. §. VII, n. 2; VIII. n. 2,* Guilielm. Grot. *Enchirid. de Princip. Jur. natur. c. VI. th. 4. p. 53, 54,* Dn. Strauch. *Dissert. Academic. III. de Statutis à summo Principe §. 3;* id. *in Gratian. dist. LXIII. can. 23. in f.,* id. *in Disß. Exoter. IV. §. 10. p. 99, 100;* Bodinus *de Republ. L. 1. c. 8. p. 129, 130, §. Sed & 6. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.,*

Rr 3                      Sutholt.

57

58

59

60

61

62





63. Sutholt. *Diß. de Jurisdictione aph.* 63. p. 396, *aph.* 69. p. 398, Wurmser. *Exerc. Jur. Public. H. qu.* 11. p. 69, *qu.* 18. pag. 86. Samuel displicentiam animo præferens placitum ad DEUM retulit, qui raro exemplo, uti superius innuimus, respondit, non tam ista in Samuelis ignominiam, quàm sui ipsius contemptum cedere. quamque injurii in eundem fuerint à tempore liberationis à durissima servitute Ægyptiaca plus simplici vice innotuisse.
64. Sulpit. Sever. p. 80. Manna licet cibus esset & delicatissimus & sapidissimus, nihilominus fastidium Israelitis peperit, ut dicerent: *Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo, Num. XI, 6.* Lamentum profecto indignum populo tantis à DEO beneficiis affecto, qui ei de tanto remedio prospexerat, ut mannæ saporem prorsus talem communicaret, qualem populus appetere ac desiderare poterat, qualisque ad vitam producendam ac sustentandam ipsi satisfaciebat, vid. *Scrutinium ingeniorum cap. XV circa fin. pag. 447, 448 Jene 1663.* Semper in secundis rebus immemores cœlestium beneficiorum idolis supplicabant, in adversis DEO, ut meritò miremur, illis semper peccantibus nunquam DEI, si quando eum imploraverunt, defuisse clementiam. Sulpit. Sever. p. 127. Jubet præterea DEUS implere desideria Procerum, ut tamen, quid novi secum importet status, edoceat prius, quæque Jura Regis sint contestetur. Remedio Juris beneficiove renunciaturus *l. Si quis 29. C. de pactis, Nov. 136. cap. 1* primum debet cognoscere, quale sit, *l. in repudianda 23. ff. de acquir. vel. mitt. hered.* Struv. *S. Jur. Civ. Ex. XXIII. th. 89, (2).* Ita mulier Scto Vellejano renunciatura, C. J. A. *ad Sctum Vellejan. §. 5. n. XV. p. 728,* Anton. Merenda *Controv. Juris L. 2. c. 36. p. 270. & seqq.* (quod v. gr. evenit, ubi nullo testamentario tutore nomi-
- nomi-



nominato legitimam, quæ extraordinaria audit Sutholto *Diſſ. III. aph. 18. p. 66, 67*, tutelam nanciscitur *Nov. 94. c. 2, Nov. 118. c. 5, auth. Matri & avia. C. quando mul. tur. offic. fung.*, Struv. *S. J. Civ. Ex. XXXI. th. 26*, Rittershuf. *ad Nov. P. 8. c. 2. n. 9. p. 454*) certiorari debet Rittershuf. *in Novell. P. III. C. 4. n. 7. p. 155*, qualenam sit privilegium, quod etiam in hujus favorem introductum, deque hoc edoctam mulierem fuisse Notarius in instrumento (cujus confectionem malè à Bartolo ad Jurisdictionem voluntariam referri existimat Sutholt. *Diſſ. de Jurisdictione aph. 333. p. 508*) exprimere debet Struv. *S. Jur. Civ. Ex. XXI. th. 10*, ne præsumatur potius ex quadam Notariorum consuetudine, quam certa eorum, qui contrahunt, scientia appositum Gothofr. *in l. Si mulier. ult. §. Si mulier. 4. ff. ad S. C. tum Vellejan. lit. T.* Sed cum aliquando Notarii creentur, qui nullam Juris Civilis cognitionem habent, qui veluti pica & psittacus Gallus, qui stant in palatiis Dominorum, & loquuntur sine intellectu Becker *Syn. Jur. Publ. L. 3. c. 8. §. 6. p. 242* (add. Rittershuf. *ad Nov. P. IX. c. 26. n. 4. p. 637*: A peritia Juris Tabelliones sæpè adeò sunt deserti, ut velut in proverbium abierit dictum Baldi, *Imperitia Notariorum destruit mundum*) scitam moyet quæstionem Andreas Fachineus *XI. controuv. 65. p. 905*: An renunciatio valeat, si Notarius scripserit in instrumento, mulierem renunciassè S. C. to Vellejano, & interrogatus, quid sit Vellejanum, nesciat? In concione ergo universi populi Samuel recenset, quæ placitæ formæ arctè cohæreant; eadem an licita jura Regis potestatemve, an verò perversos mores pravasque consuetudines referant, variè opinantur. Priori ut asfurgamus, sacra commovit Majestas, his que infuper fultirationibus. Summam regendi potestatem uti à Deo depen-

69

70

71

72



dependere certissimum est *Roman. XIII, 1*, & vel ethnici persuasum Hornius *Polit. Architect. L. 2. c. 1. §. 4. p. 121*, Samuel Bochartus *in Epistola nitidissima ad D. Morley, Regis Angliæ Sacellanum, de Jure ac Potestate Regum pag. 47 annex. Geographiæ Sacræ edit. Francof. 1674*, ita negari nequit, quæ huic usurpandæ, ornandæ, augendæ, conservandæ inserviant, ab eodem approbari *arg. l. 2. ff. de Jurisdiction., cap. Præterea §. X. de offic. & potest. judic. deleg., l. 1. §. 1. ff. si usus fr. petat., l. 3. §. 3. ff. de S. P. Rust; Struv. S. J. Civ. Ex. XIII. th. 23; Ex. XV. th. 74; Perez. in Cod. t. de servit. & aqua n. 8. p. 134. a, Magnif. Dn. Tabor de Metatis & Epidemet. P. 1. cap. IV. §. 6. p. 21, Zœsius ad Decretal. tit. de Constitutionib. n. 10. p. 9 b, Conring. de civili Prudentia cap. II. §. 7. p. II. Jam verò vel ad splendorem Majestatis condecorandum Dn. Schilter *Manuduct. Philos. Moral. ad Jurisprud. Ex. VIII. th. 20*, Gerhard. de Magistr. Politic. cap. VI. sect. II. §. 147. p. 290, Menoch. de Republ. Hebræor. L. 1. c. 10. n. V, VI. col. 70, 71; *l. si familia §. ff. de Jurisdiction., l. Jus pluribus II vers. ubicunque. ff. de Just. & Jur., II. f. 52. pr., 55. pr., Struv. S. J. Civ. Ex. L. th. 32; S. J. Feudal. c. V. aph. 7. in ex. 3. p. 162, c. IX. aph. V. n. 5. p. 312 (Dn. Strauch. Diss. Exoter. XII. th. 17. p. 354) cap. XI. aph. 5. n. 3. pag. 408, n. 6. p. 414, aph. VII. n. 1. p. 422, Pomponius Lætus de Magistrat. Romanis c. II. n. 1 ap. Leeuv. pag. 171: *Romulus, ut haberetur honor ac veneratio Regiæ Majestatis, purpureâ usus est veste*, Hermes *Fasc. Jur. publ. c. XI. n. 1. p. 153*, Laurentius Ohm *de Jure Episcopali th. 19 verb. Bona Mensalia ap. Seiffart. in Nucleo Jur. Publ. discurs. VIII. p. 257*, Dn. Strauchius *de Oppignorationibus Imperialibus th. 18. vers. Est enim Domanium*, Dn. Seckendorff *Teutscher Fürsten Staat Part. III. p. 361, cap. IV. pag. 554, 555. c. V. p. 576*, Gudelinus *de Jure novissimo L. 5. cap. 4. p. 275*, Bernegg.**



Bernegger. *in Tacit. qu. 2II*, vel salutem subditorum promovendam revocare isthæc licet. Dignitas Regia plura desiderat, ut non parum movisse hæctenus Electores conjecturentur alii, quare per benè multum tempus ex Domo Austriaca Bernegg. *in Tacit. qu. 160*, (hodie XV numeramus Hermes *Fascic. Jur. Publ. cap. XXXII. n. 5. p. 631 a, n. II. p. 633 a*) Dn. Strauch. *Disf. Exoter. I, th. 1, Disf. IV, th. 24. p. 115*, ubi contra Hippolithum à Lapide, quod sæpè solet, disputat, Imperatorem elegerint, quod hæc potentissima illustri adeò statui sufficiat sustinendo Bened. Carpzov. *de Lege Regia Germanor. c. XI. Sect. II. n. 20, 21. p. 278*, Justus Sinolt. cognom. Schüs Colleg. *Jur. Publici Volum. I. Disf. II. th. 6 A. p. 47, 48; Disf. VIII. th. 6 B. p. 501*, Bechmann. *Exerc. Exoter. ad Aur. Bull. n. 24. pag. 39, 40*, vid. v. Hippolith. à Lapide (infaustum nomen Dn. Tabor *Racemat. crimin. in Analyt. expos. art. 165. Constitut. pæn. Caroli V. th. 11. p. 545*) *de Ratione Status P. 2. c. 2. Sect. 1. §. Scimus hic p. 330*; B. Bœclerus *in animadversion. ib. pag. 166*, objectionem validissimam perhibet. Salus populi suprema lex esse debet Dn. Tabor *ad Barbof. L. 17. c. 4. p. 733*, it. *L. 14. c. 9. Ax. 2. p. 567*, Sprenger. *Instit. Jur. publ. L. 1. c. 4. p. 17*, Otto *Jur. Publ. c. 1. p. 2, 3*, Struv. *S. Jur. Feud. c. VI. aph. VII. n. 5. p. 187*, Praschius *Disf. de Mendacio (Commentat. Bœcleri in Grot. adjuncta) §. 3*, Forstner. *Hypomn. Polit. 71. p. 235*, Conring. *de Civili Prudentia cap. II. §. 12. p. 16*. Ea exigit munera personalia, realia, modo majora modo minora, prout affecta est Respublica Becker. *Syn. Jur. Public. L. 2. c. 4. §. 4. p. 57, L. 3. c. 3. §. 8. p. 119, cap. 4. p. 185*, Struv. *S. J. Feud. c. XI. aph. V. n. 6. p. 414, n. 16. p. 418*. Quæ omnia summam sapiunt justitiam, Gerhard. *Loc. de Magistr. Polit. c. V. sect. 1. §. 125. p. 279, 280*, Hülsemann. *Breviar. Theolog. c. XX. de Magistratu Politico §. XII.*

S s

pr. p.





- pr. p. 680, Reinking. *Biblische Policen* L. 2. Ax. 109. pag. 451, 452, Menoch. *de Rep. Hebraeor.* L. 1. c. XI. n. 5, 6 col. 80, Dn. Osiander *Dis. de Jure Regio* §. 8, ad quam provocat in *observat.* 2. ad *Grot. de J. B. & P.* L. 1. c. 4. §. 3. p. 538, ubi eadem traduntur. Neque operosè adeò excutienda veniunt, cum abundè ista deduxerint viri doctissimi, vid. præ aliis Arnisæus *de Jur. Majest.*, Bensen. *de summa pot. subjecto*, in *Vindic.* n. XVII, Struy. *S. J. Feud.* c. VI. aphor. 13. p. 201. & seqq. ad fin. cap., Sutholt. *Dis. de Jurisdictione* aph. 74. p. 399, Dn. Tabor *de Metatis & Epidemet.* P. 1 c. IV. §. 6. p. 21, H. f. 56, Gudelin. *de Jure Novissimo* lib. 5. c. 3. p. 268, Instrum. Pac. Osnabrug. art. VIII. pr. Quæ Superioritatis Territorialis affectiones sint, prolixè habet Myler. *de Princip. & Statib. Imper.* Part. II. c. 36 & seqq. per tot. p. 331, Christophorus Mingius *de Superioritate Territoriali* ap. Seiffartum in *Nucleo Juris publici* Disc. XXIII. cap. 5, 6. p. 966, 980, D. Simon *de Jurisdictione Territoriali* c. 6, 7, 8, 9. Imò in tantum aliqua licita sunt, quæ à Samuele narrantur, ut, si contrarium Rex perageret, reprehensionem incurreret; v. gr. si quando allophylos, uti hos Sulpitius Severus appellat, h. e. peregrinos & incircumcisos ad ministeria aulica adhiberet Kipping. *Instit. Polit.* L. 1. c. 12. l. p. 89 b (3). De Dario querimoniam exaudiebantur, quod damnata popularium fide custodiam corporis sui peregrino militi tradiderat Curt. VI, 4, 9, vid. Bernegg. in *Tacit.* qu. 206. Unum erit expendendum, quando ait Samuel: Agros vestros & vineas & oliveta optima tollet, & dabit servis suis. De redditibus nonnulli interpretantur, sic minus dubii hærebit: alii de proprietate, quam facultatem Dominium eminens (rectius alii ad imperium revocari autumant, quod habet Princeps in personam possidentis, quo imperare ei potest



potest, rem suam alienet, vel in commune conferat Dn. Strauch. *in Gratian. Dist. VIII. can. 1*) largitur Grot. *de J. B. & P. I. l. §. VI; I. 3. §. VI, 2; II. 14. §. VII, VIII; III, 20 §. VII, 1.* Distincta omninò sunt dominium & imperium Grot. *de J. B. & P. II, 3. §. IV. n. 1,* Dn. Strauch. *de Imperio maris cap. 2. th. 1, 2,* Hornius *Polit. Architect. L. 2. c. 3. § 1. p. 247; L. 2. c. 2. §. 3 p. 195,* utrum commodius applicetur, ad rem præsentem nil confert. Nobis satis est, aliquando permissum esse, dominium rerum privatis auferre, & jus alteri quæsitum tollere Tuscus *Conclus. Practic. Tom. VI. lit. P. Conclus. 680. p. 295. & seqq.,* Vasquius *Controv. Illustr. L. I. cap. V. n. 15. p. 41 a,* Georg. Franzkius *Lib. 3. Resolut. I. Part. I. Sect. 3. n. 169, 175. p. 101, 103.* Sic pro ædificando opere publico domum privatam diruere licet *l. Præscriptio 6, l. Si quando 9. C. de operib. publ. ibiq.,* Perez. *n. 4. p. 516 a,* Struv. *S. J. Civ. Ex. L. thes. 80,* Beyer *in Schnobel. Diss. XI. in ff. th. 4. p. 373, th. 15. p. 382.* Tempore annonæ ut quis victualia, eorum habens copiam, civibus vendat, præcipere. Emere quis jubetur, ut caritas annonæ evitetur. Struv. *S. J. Civ. Ex. XXIII. th. 7,* *it. de Annona aph. 22, 23, 24. p. 71, 72,* Dn. Beyer, *sub quo profecisse nunquam pœnitebit,* in *Prudentia Analytica (ars casuandi dicitur Jacobo Gothofredo in Manual. Juris Dedicacione fol. 6, 7)* MS., ubi post præcepta satis tradita exemplum elaborationis in *§. ult. Inst. de his qui sui vel alien. jur.* proponit, & in fin. resol. hoc Notabile addit: *Emtionem ac venditionem, utcunq; contractus sit consensualis, invitis etiam à Magistratu imperari posse, sicubi status Reipubl. id exposcat.* Innumeri alii prodeunt effectus, Sutholt. *Diss. II. Coroll. 17. p. 62, Diss. VI. aph. 46. p. 120, 121, Diss. de Jurisdictione aph. 76. p. 400,* Struv. *S. J. Civ. Ex. XI. th. 55; Ex. XX. th. 27; Ex. XXIII. th. 107; Ex. XLV. th. 56*  
*in fin;*



*in fin.*; Perez. *in Cod. t. Ut nemini lic. in cœmpt. specier. se excus. p. 719 & seqq.*, Brunnem. *in Cod. ib. n. 2. 3. p. 1193 a*, Hermes *Fascic. Jur. Publici cap. XXVII. n. 76. pag. 556*, D. Linck *de Jure Mœnium c. 2. §. 17, 18*, D. Simon *de Justitia Permissiva c. 3. §. 4*; *id. de Jurisdic. Territor. c. ult. §. 2*; Fachin. VIII. *Controv. 63 p. 680*; Einsiedel ap. Dn. Fritsch. *Exerc. Jur. Publ. P. 2. Ex. X de supremo Dominationis Jure ad Artic. Pacis Osnabrugensis X. sect. 1. §. 4. p. 471*, it. Ursinus apud eund. Fritsch. *Exerc. Jur. Publ. P. 3. Ex. X de absoluta Principis potestate cap. ult. th. 29. p. 535*, Cortrej. *in Diss. de Facultate utendi re alien. in cas. necess.*, Ehrenfried *de Foro Conscientiæ cap. III. n. 23. p. 65*, Puffendorff. *Elem. Jurisprud. Universal. L. 1. Def. 5. §. 2. p. 33, §. 5. p. 37*. In contrariam partem allegant vineam Nabothi ab Ahabo Rege ereptam 1. *Reg. XXI. pr.*, Robertus Scharrockius *de Offic. secundum Jus naturæ c. IV. n. 9. pag. 289, 290*. Verùm circumstantiæ singulares variant jus Henniges *in Grot. L. 1. c. 4. §. 3. p. 262. & seqq.*, Hornius *Polit. Architect. L. 2. c. 4. §. 13. p. 308*. Voluptati tantum & commoditati servientem nullum jus tuctur b. Boecler. *Disquis. de Dominio Eminentis, quam commentationi Grotianæ L. 1. c. 1. inseruit, p. 114*, Reinking. *Biblische Pollicey L. 2. Ax. 112. p. 455*, Hermes *Fascic. Jur. Publ. c. XI. n. 87. p. 187 a*, D. Simon *de Absolutione in foro pœnitent. & contentioso c. XI. post m.*, Einsiedel ap. Dn. Fritsch. *Exerc. Jur. Public. P. 2. Ex. X de supremo Dominationis jure Sect. V. §. 2. p. 489*. Illud subjungemus, compensationem fieri debere ei, qui suum amisit, ex communi, si fieri potest Grot. *de J. B. & P. II, 14. §. 7, III, 20, VII, 2*. (Henniges *in Grot. L. 2. c. 14. §. 7. p. 689* concludit, teneri Imperantem ad compensationem rerum, quas dominium eminentis privatis abstulit, ex æquitate, nullo jure cogente. *Id. in p. 687* ita philosophatur:



sophatur: Princeps non aufert subditorum res, sed ex-  
 stincto dominio privato efficit, ne amplius illorum  
 sint) Vasquius *Controvers. Illustr. L. I. c. V. n. 15, 16. pag. 41,*  
*Tuscus Conclus. Practic. Tom. 6. lit. P. concl. 680. n. 13, 21. p.*  
*296.* Namque quod omnium causa sustinuit quis da- 93  
 mnum, ab omnibus, quibus id cessit commodo, pro ra-  
 ta sarcendum. *l. I. ff. de lege Rhodia de jactu, c. cum inferior*  
*16. X. de major. & obed., Statut. Hamburgens. P. 2. Tit. 16.*  
*artic. 2, Hansee, Städtisches See- Recht (annex. Com-*  
*mentat. Mevij ad Jus Lubecense) Tit. 7. art. 1, Art. 11. Instru-*  
*ment. Pacis Casareo-Suecici, ubi de equivalente recompen-*  
*satione, Boecler. de Dominio Eminentis pag. 117, 120, 121;*  
*Reinking. Biblische Poliecy Lib. 2. Ax. 112. pag. 457, 458,*  
*Struv. S. J. Civ. Ex. XX. th. 27; Ex. XLV. th. 56. inf., it. S jur.*  
*Feudal. c. V. aph. 6. n. 4. p. 161, 162, it. de Aedificiis privatis*  
*th. 67. p. 44; Schnobel. Disp. IX. in ff. th. 10. p. 323, Ever-*  
*hard. Loc. argum. legal. CXXIX. n. 14. p. 1190, Bronchorst.*  
*ad l. Id quod nostrum II. ff. de R. J. p. 33, Sturcius ibid. n. 19.*  
*p. 73, Quirin. Kubachs Quæst. Illustr. Polit. jurid. Centur.*  
*1. Decur. 3. qu. 7. p. 83, Linck Diss. de Jur. Mæniis c. II. §. 20,*  
*21, Scharfchmidt. Disp. Inaugur. de Potestate Legislatoris*  
*in jus naturæ c. 4. §. 16.* Nec obest ratio à corpore hu- 94  
 mano depromta, præscindi quandoque membrum, ne  
 reliqua corrumpantur. Verùm cum hoc separatum 95  
 involvat casum, referemus solum opinionem Dn.  
 Scharfchmidt, qui ita *cit. loc. §. 6:* Posito hominem es- 96  
 se civitatis socium, illique mortis præoccupationem  
 naturali lege interdictam, nihilominus Superior hac in  
 jus naturæ potestate mortem vel mortis periculum ali-  
 cui poterit injungere, si salus Reipubl. exigat, licet vel  
 morte dignum nihil fecerit, v. z. *Samuel. 23. v. 16, Job. II.*  
*v. 50.* Reipubl. quidem membra servari oportet, hoc  
 Ss 3 enim







de legat. 3, Dn. Mollenbecius, *Antecessor in Academia Giessensi, Dn. Patronus atque Præceptor observanter colendus, Centur. III Division. Juridic. Div. 98 lit. b. p. 370, j. Tuscum Conclusion. Practic. Tom. 8. lit. V. concl. 91. n. 3. pag. 305.* Imò idem Bechmann. *Exercitat. Exoteric. ad Aur. Bull. I. n. 69. p. 24, 25* ad objectionem (quod jus illud 1. Sam. VIII vocetur *Misphat*) ita respondet: Hæc vox communiter in bonam at rarius forsan in malam partem accipitur, & sic etiam hæc ratio pro altera sententia (1. Sam. 8 *jus Regis non Tyranni describi*) militat, nisi solidè contrarium probetur. Tum argumenta à nominibus petita plerumque infirma pronunciat Dn. Osiand. *de Jure Regio §. 7 pag. 16.* In secundo argumento licet concedamus, quamvis dubitatio adhuc suboriri posset, pro scopo Samuelem habuisse, ut dehortaretur: universaliter tamen haud procedit, id quod dissuademus, ex se statim illicitum. Datur sæpius alicui consilium, extra matrimonium aliquantisper vivat, ergone dixeris conjugium per se culpabile. Potestas Regis summo nititur jure, non tamen hanc prudenter sibi applicabant Israëlitæ Gerhard. *de Magistr. Politic. §. 49 p. 249 b,* qui Theocratia, infueta omnibus gentibus, & ita exoptatissimo statu gaudebant Conring. *de Republ. Hebraor. th. 51,* Rein-king. *Biblische Politey L. 2. Ax. 114. p. 464.* Quod denique ex *Deuter. XVII v. 14. & seqq.* urgent, aliam ibi vivendi rationem Regi præscribi, non conculcat ea quæ defendimus. Scilicet loquitur Samuel de potestate & jure Regis, Moses de officio ejusdem Ziegler. *in Grot. de J. B. & P. L. I, c. 4. §. 3. p. 165, 166,* quomodo versari circa eam debeat, & quidem ita, ne abutatur. Quamvis verò non sim nescius, officium & potestatem interdum æquipollere Gothofr. *in l. 1. de Jurisdic. lit. c,* tamen

101

102

103

104

105

106

107



108 tamen ut separata concipi queunt Sutholt. *de Jurisdic.*  
*aph.* 132, 133. p. 419, 420, *aph.* 176. p. 434, *l. Potestatis* 215. ff. *de*  
*V. S. ibique Gothofr. lit. O:* aut si mavis (aliàs re probè  
intellec̃ta in verbis compromittamus Dn. Schilter *Ma-*  
*nuduct. Philos. Moral. ad Jurisprudēt. Ex. VIII. th.* 23; *Ex.*  
*IX. th.* 22; Dn. Tabor *de Regimine Imperant. Ecclesiastico*  
*Sect. 1. th.* 14. p. 20, Sutholt. *Dis.* XII. *aph.* 58. p. 269, *it. Dis.*  
*de Jurisdictione aphor.* 179. p. 435, *aph.* 197. p. 441; *aph.* 276,  
277, 278. p. 474, 475 ) distinctionem inter rem & rei mo-  
1109 dum Gerhard. *de Magistr. Polit.* §. 125. pag. 280 substitue-  
mus. In Deuteronomio modus, qui tamen rei nil  
quicquam derogat aut præjudicat Struv. *S. J. Civ. Ex. XIII.*  
*th.* 37; Sutholt. *Dis.* VIII. *aph.* 32. p. 154, 155, præscribitur  
Regi Ebræorum, quomodo aulam instruere, quæque  
sectari debeat. vid. Bœcler. *de Dominio Eminentis* p. 119,  
*pr. Inst. de usufructu*, §. *Sed si* 39. *l. de Rer. Div.*, §. *ult. Inst.*  
*de his qui sui vel alien. jur.*, Struv. *S. J. Feudal. c. VI. aph.* II.  
*n. 2.* p. 197, *c. XI. aph.* 5. *n. 5.* p. 413, Corvin. *aphor. Jur. Ca-*  
1110 *non. L. 2. T. 35.* p. 130, Bernegger. *in Tacit. qu.* 81. Laudan-  
tur optimi Reges in Sacris, quod prudenter jura Maje-  
statis, quæ sunt illa jura, in quibus usque occupamur,  
exercuerint, alii verò ex tutoribus eversores evaserint,  
pœnam divinam promeriti *Deuter. XVII. vers. ult.*; *1. Sa-*  
1101 *muel. XIII.* 13, 14; *2. Samuel. VIII.* 15, 16; *1. Reg. XI.* 11, *it. v.*  
98; *XII.* 14, Sanctius *in 1. Reg. 8. v. 11 & 18. n. 20, 22.* p. 172,  
173, quod potestati non tribuendum, sed per accidens  
1102 contigit. vid. *elegans cap. Etsi Christus* 26. *X. de Jurejur.*,  
*can. De occidendis & inf. qu. 5 XXIII*, Struv. *S. J. Feud. c. VII.*  
*aph. 5. n. 4.* p. 228; *c. V. aph. VI. n. 4 vers. Adeoque* pag. 161,  
Becker. *S. J. Public. L. 2. c. 4. §. 11* p. 79, Gerhard. *de Ma-*  
1111 *gistr. Politic.* §. 33 p. 242 b. Hinc evenire potuit, ut pre-  
cibus posthac fatigarent DEUM miseram suam deplo-  
rantes



rantes conditionem , vel fastidiant statum Regium,  
 quamvis nulla nisi licita imperentur. *J. Chronic. Carion. emend. à Philippo Melanctone & Casp. Peucero L.2.p.112.*  
 46. Qualemcunque enim formam gubernationis a- 112  
 nimo finxeris nunquam incommodis aut periculis ca-  
 rebis Grot. *de J. B. & P. I,3. §. VIII. n.1.* Obsignat ergò 113  
 Samuel orationem suam clausula illa: Voluntatis mo-  
 do esse, quod postea fiat necessitatis Grot. *de J. B. & P.*  
*I,3 §. VIII. n.13; Dn. Tabor ad Barbos. L.19.c.41. Ax.21.p.875;*  
 Variationem non admitti Dn. Tabor *c.l.c.2. Ax.2.p.839;*  
 Struv. *Synt. Jur. Civ. Ex. XXIII. th.40,* Puffendorff *Elem.*  
*Jurispr. univ. L.1. Def. XII. §.49. p.221;* adversus Regis in-  
 juriam nullam in populo relictam potestatem Grot. *de*  
*J. B. & P. I,3. §. XX. n.2; I,4, III;* Struv. *S. Jur. Feud. c. XI.*  
*aph. 8. n.2. p.425; Nov. 23. c.2,* Reinking. *de Regim. Secul.*  
*& Ecclesiast. L.I. class. I. c.V. n.9. p.40.* Bonos Imperato-  
 res voto expetendos , qualescunque tolerandos Tacit.  
*Histor. IV, 8, 3;* Becker. *Syn. Jur. Publ. L.1. c.1. §.4. pag. 11,*  
 Reinking. *Bibl. Politey P.2. Ax. II (2) p.180.* Perse- 114  
 verant nihilominus, optantque , ( constanti magis an  
 potius pertinaci, non interpretor, animo ) Regem, qui  
 in judiciis præsideret , & in conflictu cum allophyllis  
 præsens esset. Decorum Principi est suorum audire vel- 115  
 le querelas, & oneratis injuria opitulari Reinking. *Bibl.*  
*Politey L.2. Ax.47. p.302,* Sutholt. *Diss. de Jurisdic. aph.*  
*191,192. p.439,* ne ministris solis omnia relicta mala inde  
 haud exigua resurgant, dū sæpè ad suum arbitrium suãq;  
 libidinem omnia revocantes legis vocem non exaudi-  
 unt. Principem ipsum bello interesse num expediat, 116  
 non eadem mens est Politicorum. Licet periculum 117  
 Principis, quod opponunt, possit averti , gravabuntur  
 tamen subditi per hoc , quod ampliora tribuenda Prin-  
 cipi

T t

cipi





cipi in expeditione constituto, quam si in consueto resideat loco. Vid. Wurmser. *Ex. Jur. Publ. VIII. qu. 22 p. 390*; Bernegg. *in Tacit. qu. 70*; It. *qu. 193*; Perez. *Jur. Public. pag. 263 & seqq*; Saaved. *Symb. 86*; Reinking *Biblische Politey L. 2. Ax. 176. p. 593.*

## SECTIO II

*continens*

### *Saulis Electionem.*

118

**D**ivina sanè primi Hebræorum Regis fuit vocatio, cum Samueli DEUS manifestarit, quem populo suo vellet præfectum. SAUL erat, ex tribu Benjamin oriundus, rara conspicuus forma, ut nullus eum proceritate æquaret, mox etiam supra communem sortem sapiebat. Postquam enim Samuel Saulis caput oleo perfundens, eundemque osculatus, variis insuper instruens, recesserat, planè immutatus est *j. cap. XVI, 13.* DEUS enim spiritus inspiravit Regios, ita ut majora conciperet, quam antea solitus Sanctius *in I. Reg. X. v. 9. n. 40. p. 204.* Pulchra res omnes in admirationem induxit pristinae vitæ gnaros, ut in proverbium abiret: Num & Saul inter Prophetas. Quem cum fors dedisset, votivæ acclamationes infecutæ, sed & reperti, imparem eum dignitati obmurmurantes. Quid ille? simulavit quasi hæc nesciret. Hæc parcè enarrata amplio-rem in jure campum aperient. Primo omnium assumere placet optimam tutissimamque sententiam, qua potestatem immediatè à DEO proficisci asserimus. Quamvis enim immediatam isthanc vocationem, prout de Mose, Judicibus Israëlitarum, Saule, Davide proditum, *Exod.*

119

120

121



*Exod. III, 10; Num. XXVII, 18; Jos. I, 2; Judic. I, 1, 2; I. Samuel. XV, 1, 17; XVI, 3, 12; 2. Sam. V, 2; VII, 8, 11; 1. Reg. VIII, 16, 1. Paral. XVIII, 6, 7, Gerhard. de Magistr. Politico §. 49. p. 249, §. 83. p. 262, Sulpit. Sever. Hist. Sacra L. 1. p. 67, 68, p. 129, Causin. de Regno Dei Diss. 66. p. 212 b; Carpzov. de Lege Regia German. c. XIV. Sect. 1. n. 29, 34. p. 359, Sutholt. Diss. Doctoral. de Jurisdictione aph. 25. p. 385, Hornius Polit. Architecton. L. 2. c. 1. n. 10. p. 136, Chronic. Carion. L. 2. p. m. 43. (de vocatione B. Lutheri Gerhard. de Minister. Eccles. Sect. VIII. §. 123. p. 76) hodie incognitam sponte largiamur; inde tamen nondum evincunt, etiam potestatem coelitus non tribui, sed hoc procedit, DEUM sibi hodie non appropriare potestatem eligendi Dn. Osiand. in Grot. de J. B. & P. L. 1. c. 3. §. 7. obs. 1. p. 469, 471. Electio & potestas insigniter differunt, illamque à populo hodie immediatè fieri, hanc à DEO descendere defendimus Magnif. Dn. Strauchius in Diss. Academ. III de Statutis à summo Principe thes. 3; Dn. Thomæ in Lampad. de Republ. Roman. German. MS. P. 3. c. 2. §. 4. qu. 1, Dn. Osiand. c. l. p. 470 & 478, it. in Diss. de Jure Regio th. 8. p. 18, ubi ita: Annon vicarium Dei agit in terris, & Majestatis divina eminentiam adumbrat, qui praeest universitati? Vasquius Controvers. Illustr. praefat. n. 113. p. 20 b, & lib. 1. cap. XX. n. 4. p. 87; Henniges in Grot. lib. 1. c. 3. §. 7. n. 1. p. 162, n. 2. p. 189, Becker Syn. Jur. Public. lib. 2. c. 4. §. 1. p. 52, Dn. D. Simon. in cit. Grot. loc. p. 81, 82, Ursin. ap. Dn. Fritsch. Exerc. J. Public. P. 3, Ex. X. de absoluta summi Principis potestate th. 22. p. 508, Hornius Polit. Architecton. lib. 2. c. 1, n. 11. p. 140, 141, Cunæus de Republ. Hebraeor. lib. 1. c. 14. p. 88, lib. 2. c. 21. p. 210. Sic sacerdos eligitur à populo, potestas verò docendi, solvendi & ligandi, administrandi Sacramenta à DEO permittitur Dn. Strauch. in*

122

123

124





- 125 *Gratian. Dist. LXII, Dist. LXIII. §. Quod attinet vers. Jam vero, Ziegler. in cit. Grot. loc. p. 126, it. ad L. 1. c. 4. §. 4. n. 1. p. 167.* Unde meritò miramur, quod in Pontificis persona justum tuentur Jesuitæ, (Carpzov. *de Lege Regia Germanor. c. XIV. n. 21. p. 356*) scilicet potestatem summi Pontificis inconcussè à DEO, delectum ab Ecclesia Causinus *de Regno Dei Diss. 34. p. 104 a*, add. *cap. Novit ille 13 X de Judiciis vers. Cum enim verb. potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo, Schüz Colleg. Jur. Publici Volum. I. Diss. II. th. 4 B. p. 46*, Ziegler. *in Lancellot. L. 1. T. 6. §. 8. p. 46*, idem in Principibus non admittant Dn. Osiand. *c. l. p. 470, 478.*
- 126 Sed quid curamus eorum consensum, quorum dissensus nil officit, & vel communiter recepta formula redarguit, qua Principatus suos DEI gratiæ von Gottes Gnaden acceptos ferant Principes *Prov. VIII, 15; Daniel. II, 21; Rom. XIII, 1; 1. Reg. II, 24, III, 7, pr. de concept. Digest. ad Tribonianum, Novell. 6. prefat., Magnif. Dn. Rebhan Hodeget. Juris chart. II. clim. IV. Parallel. ult. n. 7. in d. p. 864; Schüz Colleg. Jur. Publ. vol. I. Disput. I. th. 21 A p. 30, Diss. III. th. 16 A p. 139, Diss. VI. th. 15 A pag. 278; Dn. Tabor Epitome Aureæ Bullæ Methodica th. 4. & 5. in ex d. p. 8, 9; Carpzov. de Lege Regia German. c. 3. Sect. XIII. n. 6. & seqq. p. 90; Wurmser. Ex. Jur. public. III. qu. 21. p. 132; Myler. de Princip. & Stat. Imperij P. I. c. 30. p. 294 & seqq., Bechmann. Exerc. Jur. public. XII. th. 10. n. 5. & seqq. p. 464, D. Simon de Jurisdictione Territoriali cap. 1. §. 8, Cyriac. Lentul. in Princ. absolut. ad L. 13 Annal. Tacit. Ax. V. qu. 5. p. 188, Speidel. Specul. Observat. lit. G. n. 155, Befold. Thes. Pract. lit. G. n. 74, Dn. Thomæ ad Lampad. p. 3. c. 13. §. 5. q. 4, Klotz Diss. inaug. de Titulis Honorificis cap. 3. §. 21. p. 31, 32.*
- 127 Augustam Saulis Majestatem perspeximus, augustam,
- 128 quæ eum decorabat, faciem intueamur. Non jam barbaris



barbaris Aristot. IV. *Politic.* IV, 4; VII, 14, 2 duntaxat, sed hominibus etiam cultissimis in corporum maiestate veneratio est, magnorumque operum illos capaces putant, quos eximia specie natura donare dignata est Curt. VI, 5, 29, Cunaeus de *Republ. Hebraeor.* lib. 1. c. 14. p. 84, Bernegger. in *Tacit. qu.* 207, Gerhard. de *Magistr. Politic.* §. II, p. 275, Sanctius in 1. *Reg.* 9. v. 2. n. 2, 3. p. 177, 178, Quirin. Kubachs *Quaest. Illustr. Polit. jurid. Centur.* I. *Decur.* 9. qu. 8. pag. 240. Pulchritudinem, quam facer quoque Codex extollit 1. *Sam.* XVI, 12, XVII, 42, Reinking. *Biblische Policiey* Lib. 3. Ax. 10. pag. 740, in feminis Dd. attendunt Gothofr. in l. 3. ff. *Si quadrup. pauper. fec. dic. lit. h.*; it. in l. cum liberi 7 ff. *de his qui effud. vel dejec. lit. h.*, Struv. S. J. *Civ. Ex.* XIV. th. 14, th. 31 in fin., Dn. Thomæ de *Noxia animal.* c. IX. n. 12, 13, 14, 15. p. 75. Memi- nisse hic lubet, lepidos esse ne dicam ineptos (uti Accur- sius ineptire videtur Loccammero in Flavii etymo tra- dendo *Locc. ad Proem. Inst. lit. b*) Dd. antiquos, qui ideò putant Ulp. in l. 1. ff. *de Jurisdictione* dixisse, officium jus dicentis esse latissimum non verò longissimum, quia sapientia consistat in latitudine, non longitudine, cum rarò longus inveniatur sapiens Sutholt. *de Jurisdictione aph.* 134. pag. 420. Atqui verba ultima amplectitur au- ctor Scrutinii ingeniorum. Qui licet fassus in c. XVII. p. 538: formosum esse Regem & gratiosum unam esse earum rerum, quæ quam maximum ipsi subditorum a- morem ac benivolentiam conciliant. pag. tn. 547 ita: Istud signum (*Saulem usque adeò procerum fuisse*) non in Philosophia tantum naturali malum ingenii indicium est: sed & DEUS ipse reprehendit Samuelem, quod longiore Eliabi (*locus est 1. Samuel. XVI, 6, 7*) statura mo- tus in Regem ungere illum cogitabat. *Et paulo post:*

T t 3 ceterum

129

130

131

132





ceterum procul dubio plus in ipso probitatis, quam sa-  
 133 pientiaë erat. *In pag. 528 rationem affert*: copia enim car-  
 nis & ossium multum damni ingenio adfert. Indubio  
 134 ista inniti fundamento dubitarim, maximè si experien-  
 tiam consulamus. Quid quod in contrarium ad Curt.  
*cit. loc.* quispiam ex commentatoribus hæc alleget:  
 DEUS etiam, quoties ipsi placet, in exili vase ingentes  
 thesauros recondere potest, add. Sanctius *c. l.* Bechman.  
*Exoter. Exot. XII. ad Aur. Bull. n. 53 p. 306*, vid. Bernegg.  
*in Tacit. qu. 13*, ubi, quæ causa magnitudinis fuerit cor-  
 porum apud priscos Germanos disquirat; j. Bechmann.  
*Exerc. Exot. V. ad A. B. n. 47. p. 129*, Conring. *de Civili Pru-*  
 135 *dentia c. VIII. §. 25. p. 137*. Egregium ergò Principem Sa-  
 muel osculo excipit. quod commodè de reverentia, &  
 adoratione per osculum novo Regi exhibita possumus  
 interpretari, ita Menoch. *de Republ. Hebræor. lib. 1 cap. 9.*  
 136 *n. XV. in fin. col. 66*. Osculorum varia genera dissimi-  
 137 lesque effectus notantur. Osculum Principis summi  
 honoris loco habebatur Gothofr. *ad l. 1. C. de Domestic.*  
*& protector. XII, 17 lit. f, l. 2. C. de Fabricensibus XI, 9.* Mo-  
 nachi feminas osculari vetantur *can. Monachi 104. Dist.*  
*4. de Consecratione*. Inter alia quis Canonicum se de-  
 monstraverat, quod Episcopus cum cum Canonicis a-  
 liis ad osculum receperat *cap. Dilecto filio 25 X de Preben-*  
*dis*. Excommunicatio tollitur ad osculum ejus, qui  
 absolvere potest, admissione *cap. cum olim 12 X de privil.*  
*& excess. privileg.*, Corvin. *aphor. Jur. Canon. L. 4. T. 44.*  
*p. 317*, Speidel. *Spec. observ. lit. k. n. 110*, Befold. *in Thes.*  
*Prætic. lit. k. n. 57* ibique Dietherr. *in Addit.*, ubi plu-  
 rimarum in Jure quæstionum de osculo fit mentio, add.  
 Struv. *S. J. Feud. c. XV. aph. IX. n. 9. p. 565*, Tuscus *Conclus.*  
*Prætic. Tom. 5. lit. O. concl. 206, 207. p. 650*, Anton. Me-  
 renda



renda *Controv. Juris lib. 6. c. 13. n. II. p. 893 b*, Bechmann. *Exerc. Exoter. XIII. ad A. B. n. 11. p. 319.* Imperatori & sum- 138  
 mis Regibus illorumq; legatis prima salutatione (*Pon-*  
*tificis*) aliquando ex gratia conceditur non tantum pe-  
 des & manus sed & os osculari Joh. Theodor. Sprenger.  
*in Instit. Jur. Publ. lib. 2. c. 36. p. 315* ex Scriptore Sacrarum  
 Ceremoniarum, add. p. 317 §. *Ponitur*, Speidel. *Specul. Ob-*  
*servat. lit. B. n. 24. §. Pontifici & §. E contra*, Bechmann.  
*Exerc. Exoter. III. ad A. B. n. 18. p. 65*, Ziegler. *in Diss. de*  
*Orig. & increm. Jur. Canonici n. XXXIII. p. 25.* Insolent- 139  
 tiam hanc, ita Goezius *Diss. de Osculo Artic. III. §. 4*, Scri-  
 pturæ dicto palliare fatagunt, verba *Psal. LXXII, 9, Lin-*  
*gent pulverem pedum tuorum*, citantes. Mos est Ponti- 140  
 ficum portari humeris. hicque repetunt illud *Esaiaë*  
*XLIX, 22: & afferent filios tuos in ulnis, & filias super*  
*humeros portabunt* Sprenger *c. l. p. 318.* Magnif. Dn. Ta- 141  
 bor *de Indiciis delictorum in Analys. can. 12. qu. 5 XXVI*  
*(quæ annexa Art. 32 Nemesis Carolina) th. 39. p. 286* lau-  
 dat Gerhardum ostendentem: in Jure Canonico non  
 tantum in Grammaticam (Bechmann. *Exerc. Exoter.*  
*ad Aur. Bull. VII. n. 16. p. 174.*) & Logicam impingi, sed &  
 expositiones dictorum Scripturæ ineptas, stolidas & fal-  
 sas afferri. add. Rittershus. *Method. Nov. expos. P. 1. c. 7. n.*  
*110. p. 103, ejusq; Append. Orat. cap. 14. p. 741.* Quæ cura 142  
 cum cathedræ Theologorum mancipata, in sola com-  
 memoratione subsisto. Præter rationem jucundam 143  
 Baldi, qua traditionem osculi & annuli de substantia  
 actus Doctoralis non esse putatur: quod mulieres etiam  
 osculantur, desponsantur, benedicuntur, nec tamen  
 doctorantur Goez. *c. l. §. 9*, adjungo, quod Romana Ec-  
 clesia ultra *χειροτεσταιν* (*1. Tim. IV, 14; V, 22; 2. Timoth. I, 6;*  
*Tit. III, ult.*, Gerhard. *Loc. de Ministr. Ecclesiast. Sect. 12. §.*  
 139.



139. p. 85, cap. *Tua nos* X de Cleric. peregrin., cap. *Venerabilem* 34 vers. *Est enim regulariter* X de Electione, cap. *In ordinando* X de Simonia, Ziegler. in *Lancellot. L. 1. Tit. X. §. 5. p. 77, 78, L. 2. Tit. IV. §. 3. p. 336*; Gudelin. de *Jure novissimo L. 6. c. 4. §. Præterea* p. 369 b, *Lentulus in nova, ut appellat, meridiatione de Republ. (Dn. Maurit. de Princip. Jur. publ. Germanici Ex. I. c. 2. n. 14. p. 19) Parte posteriori* p. 662, Dn. Thomæ ad *Lampad. P. 1. §. 24. qu. 2.*, *Cunæus de Republ. Hebræorum lib. 1. c. 12. p. 69, Menoch. de Rep. Hebræorum lib. 2. c. 1. n. 9. col. 83*) in Presbyterorum consecratione traditionem calicis cum vino, pateræ cum pane, manuum unctionem, traditionē stolæ, osculum pacis & alia superaddit Dn. Strauchius in *Gratian. Dist. XXIII.*

144 Sed quod dicitur osculum libatum à Samuele Sanctius in *Reg. X. vers. 1. n. 9. p. 194* non à lege ortum habuisse vel à consuetudine opinatur, sed potius à benevolentia, cum in aliorum Regum constitutione nil quicquam de osculis in Scripturis habeamus, jung. *id. p. 198. n. 19.*

145 Menochius de *Republ. Hebræorum lib. 1. c. 9. n. 3. in fin. col. 59*; incertum, an ex certo ritu & solemnī ceremoniā Samu-

146 el Saulem osculatus. Omittit Kippingius, quando in *Lib. 1. Instit. Polit. c. 19. n. 3. p. 153 a* ritus, quos adhibebat populus Hebræorum pro Regibus suis inaugurandis, recenset. Ungebantur, *scribit, 1. Sam. X, 1; 2. Sam. II, 4; 1. Reg. I, 34; 2. Reg. IX, 6.* Tradebatur eis in manum liber Legis, (quod solum ex omnibus ceremoniis à lege præscriptum *Deuter. XVII, 18 Sanct. c. l. n. 7. p. 194*) corona ornabantur *2. Sam. XII, 30; 2. Reg. XI, 12; 2. Paralip. XXIII, 11.* Solio obaurato imponebantur *1. Reg. I, 35; 2. Paralip. XXIII, 20.* Solennibus votis proclamabantur *1. Sam. X, 24; 1. Reg. I, 39; 2. Reg. XI, 12.* Hastam ferebant manu, quæ sceptri instar erat *1. Sam. XVIII, 10; XIX, 9;*



XIX, 9; XX, 33; XXVI, 11. Unctionem, coronationem, gratulationem populi denique spectare constitutum est. Unctionem, quæ à consecratione differt, quod hæc fiat chrismate, illa olco Dn. Strauch. *Disß. Canonic. II th. 18. p. 64*, Sprenger. *Inst. Jur. publ. L. 1. c. 29 p. 172 §. Unctio*, utrumq; quomodo conficiatur Strauch. *c. l.*, it. *prælection. publicis ad Decretal. tit. de Sacra Unctione*, it. *ad Gratian. Dist. XXIII*, Cunæus *de Republ. Hebraeor. L. 1. c. 14. p. 90*, Causin. *de Regno Dei Disß. 67. p. 214 a*, Speidel. *Specul. Observat. lit. S n. 12*, & Regibus & Pontificibus obtigisse certum est *Exod. XXIX, 4, 7*, *Levit. XXI, 10*, Sigonius *de Rep. Hebraeorum L. 5. cap. 2. p. 202*, Cunæus *de Rep. Hebraeor. L. 1. c. 14. pag. 89*, Menoch. *de Rep. Hebraeor. lib. 1. c. 9. n. IV, VI, col. 59, 61*, Hottinger *Jur. Hebraeor. leg. 107. p. 136*, sed characterem unctionis discrepasse volunt Causin. *c. l. p. 214, 215*, Menoch. *c. l. n. V. col. 60, L. 2. c. 5. n. 18. col. 130*, Bochartus *in Epist. de Jure ac potestate Regum VI. p. 52*. Hodie tantum Pontifices & Episcopi unguntur in capite, Principis autem unctio ad brachium est translata *cap. un. §. Unde in X de Sacra unctio*, ibique Ungepauer *n. 7. p. 55*, Zoësius *n. 12. p. 62*, Strauch. *in prælection. publicis*, P. Ludovicus Engel *Colleg. Juris Canonici P. I. L. 1. T. 9. n. 4. p. 332*, Hermes *Fascic. Jur. Publ. cap. X. n. 17. p. 142 b*, Corvin. *aph. Jur. Canon. L. 2. Tit. 9. p. 67*. Regum unctio non imprimere characterem, sed esse merè ceremonialem secundum tradita Canonistarum Strauch. *in cit. prælect.*, add. Bechmann. *Exerc. Jur. Publ. IV. Membr. 3. p. 224*. Observant aliqui Saulem & Jehu unctos lenticula, brevis Regni indicio, Davidem verò & Salomonem è cornu illitos perennis Imperii nota Causin. *c. l. p. 215 a*, Sanctius *c. l. n. 15. p. 196*, j. Druſius *in Sulpit. Sever. Hist. Sacr. p. 156 edit. Arnhemie 1607*.

V v                      id quod

147

148

149

150

151

152



- 153 id quod aliorum industriae committimus, ad coronationem properantes. Coronam Sauli impositam sacra equidem pagina non exprimit, prout in aliis meminit, juxta superius tradita, interim hæc perpendamus.
- 154 Quid tribuat coronatio tum intuitu coronati, tum coronantis, si vel coronatum vel alium respicias. Coronatio pura puta est ceremonia, admirandam illam potentiam festivè magis significans, nec quicquam novi juris electo tribuit. Simul enim electus est omne jus & potestas ei competit, ita ut omnes actus legitimè peragere possit. Magnif. Dn. Strauch. *Disf. Canonic. II. th. 20. p. 65, th. 23. p. 68*; Reinking. *de Regim. Secul. & Eccles. L. 1. class. 3. c. 7. n. 4, 5. p. 223*, Carpzov. *de Lege Regia German. cap. XI. n. 23. p. 272, Sect. X. n. 12. p. 300*; Hermes *Fascic. Jur. Publici c. VIII. n. 8. p. 128 a, cap. X. n. 3. p. 137 a*; Schük *Colleg. Jur. Public. Volum. I. Disf. H. th. 19 A, p. 75, th. 20 E. p. 76*; *Disf. VII. th. 17 E p. 425*, Bensen *de Summa potest. subject. Vindic. n. XXIII §. De altero capite*, Ziegler. *in Grot. de J. B. & P. L. 2. cap. 9. §. IX. n. 4, 3. p. 332*, Osiand. *ibid. observ. V. p. 881 & seqq.*, Dominicus Arumæus *Discurs. II. ad A. B. n. XX. p. 110, 112*, Bechmann. *Ex. III. Jur. Public. Membr. III. §. 16. p. 161*; *Ex. IV. Membr. III. p. 224*; id. *Exerc. Exoter. III. ad A. B. n. 50. p. 76*; Sprenger. *Instit. Jur. Publ. lib. 1. c. 27. §. Effectus p. 133*, Becker *Syn. Jur. Publ. lib. 2. c. 3. in fin. p. 51*; Besold. *Thes. Pract. lit. k. n. 50 in Addition.*, Speidel. *Specul. Observ. lit. C. n. 94 §. Sed quæri, it. §. Quamvis.*
- 156 Simili hoc illustrat Ursinus apud Dn. Fritsch. *Exerc. Jur. Publ. P. III. Ex. X de absoluta summi Principis potestate c. II. th. 35. p. 512*: Ut verum ac legitimum matrimonium est, etiam si solennia nuptiarum nondum celebrata sint: ita etiam summum illud arbitrium sine inauguratione sive coronatione esse potest. Carolus M. ante coronationem
- 157



nem Leoninam viginti circiter annos Italiam occupa-  
 vit, eidemque Romani jurarunt D. Simon *de Jurisdic-  
 Territoriali c. III. §. 3,* add. Dn. Strauch. *Disf. Canonic. II.  
 th. 21,* Speidel. *c. l. §. Quamvis.* Dignitatem coronan- 158  
 di, quæ Juri Episcopali adhæret Strauch. *c. l. §. 22,* it. *Disf.  
 Exoter. II. th. 10. p. 59,* quamque ad quartum caput re-  
 fert Wurmser. *Ex. V. Jur. Publ. qu. 15. p. 233. n. 5,* Laurentius  
 Ohm *de Jure Episcopali ap. Seiffart. in Nucleo Jur. Publici  
 Discurs. VIII. th. 15 p. 244, th. 19 lit. f. p. 258,* (licet in ca-  
 pitibus definiendis variant vid Dn. Tabor *tr. de Metatis  
 & Epidemeticis Part. II. c. 2. n. 3. p. 77, 78,* Lancellot. *Inst.  
 Jur. Canon. lib. 2. Tit. XX. §. 17,* Struv. *S. Jur. Feudal. c. VI.  
 aph. 17. n. 2 p. 207,* Becker. *Synops. Jur. Public. L. 3. c. 3. §. 8.  
 p. 118,* præprimis Dn. Strauch. *de Regimine Ecclesiastico  
 MS. Part. special. Tit. 1. §. 9,* Ziegler. *in Lancellot. L. I. T. 9.  
 §. 9. p. 72. vers. Quod si,* Ohm *c. l. th. 15. ex. d. p. 244*) Pon-  
 tifici olim competiisse, cum Romana adhuc obtineret  
 coronatio, non negamus, sed quod inde sibi assumere  
 tentavit rejicimus. Commodè huc revocamus, Epi- 159  
 scopos Romanos dignitati suæ illustrandæ atque au-  
 gendæ summam navasse operam (vid. Dn. Strauchius  
*in Gratian Dist. LXIII,* ubi ait: Nicolaus, si quisquam  
 alius, evhendæ Romanæ Sedis fuit studiosissimus.  
 Conring. *de Orig. Jur. Germanici c. XVI. p. 79* eum Mo-  
 narchiæ Papalis magnum auctorem dicit, *v. can. Cum ad  
 6. Dist. 96,* ibique Dn. Strauch., Carpzov. *de Lege Regia  
 German. c. III. Sect. IX. n. 21. p. 73,* Ziegler. *Disf. de Origi-  
 ne & incrementis Juris Canonici n. XXIV p. 17*) quamvis e-  
 ventus non ad eò responderit. Dn. Strauch. *Disf. Exoter. 160  
 V. th. 5. p. 125,* it. *de Regim. Ecclesiastico Parte General. Tit.  
 4. §. 2. ita:* Episcopus Romanus non contentus prima-  
 tu ordinis (Ziegler. *in Lancellot. lib. 1. Tit. 5. §. 5. pag. 36, 37*)  
 VV 2 etiam



etiam primatum potestatis affectavit. Videri potest liber Philippi Mornæi, quem mysterium iniquitatis inscripsit. Qui postquam porrò dissidia inde nata commemoravit, addit eo rem rediisse, ut Orientales Ecclesiæ planè se separaverint ab Occidente & Episcopo Romano. Vid. cap. Sancta 3 extrav. comm. de Electione, Sprenger Instit. Jur publ. L.2.c.34.p.303, Ziegler. in Diss. de Orig. & increm. Jur. Canonici n. XXXIV. p.26,27, XLVIII. p.38, can. Nostrates 3. qu.5 XXX; cap. cum olim 6 X de Clericis conjug. 161 Illustre testimonium exhibet Philipp. Mornæus, Minister Regis Christianissimi, in Mysterio iniquitatis sive Historia de Papatu p.965 edit. Geneva 1612: ce Pape Jean (intelligit XXII, ejus enim res gestas his obsignat, & ad Benedictum XII statim progreditur) enuoia vers les Grecs, pour les exhorter de s'vnir à luy & à l'Eglise Romaine, par les raisons accoustumées de la plenitude de puissance à lui donnée sur toute l'Eglise en la personne de Saint Pierre: Ils lui respondent laconiquement: *Nous croions fermement ta souveraine puissance envers ceux, qui sont sous toi: nous ne pouvons tolerer ton orgueil extreme, aussi peu pourrions assouvir ton avarice: Diabolus tecum, quia Dominus nobiscum, le Diable est avec toi, car Dieu est avec nous.* Vid. Conring. de Orig. Juris Germanici cap.XVI. p.80,82, Ziegler. in Lancelot. L.I. T.5. §.5. p.40, id. in Diss. de Orig. & increm. Jur. Can. n.LV, LVI. p.44, 45. 162 Verùm Pontifices in Ecclesiastica dignitate non acquieverunt, sed jam facti rerum & territoriorum possessores gubernationem politicam affectabant. Eo usque provecti, ut Papam habere superioritatem ad imperium asserere non puduerit Strauch. Diss. Exoter. V. th.5. p.126, j. Rittershus. ad Nov. p.I. cap.7. n. III. pag. 103, ubi cap. Solita 6 X de major. & obed. carpit; add. Chronic. Carion.,



Carion., Carpzov. *de Lege Regia Germ. c. II. Sect. VI. n. 20. & seqq. p. 41.* Ad quod evincendum varia quæsi-  
 verunt Dn. Osiand. *in Grot. de J. B. lib. 2. c. 4. §. 1. p. 707, 708, &*  
 inter hæc coronationem Schütz Colleg. *Jur. Publici vol. I. Diss. II. th. 20 E p. 76, 77, Arumæus Discurs. II. ad Aur. Bull. n. XX. p. 113.* Hoc in argumento famosa Decretalis *Venerabilem X de Electione & electi potest.* occupata cernitur,  
 quam Magnif. Dn. Strauchius superioribus annis, cum Imperium vacaret, illustravit, estque in Dissertationibus  
 Canonicis Ilda. - Ista Decretalis auctorem præfert Innocentium III, de quo Neuberger *in Diss. Inaugurali de Denunciatione Evangelica c. II. §. 2. in fin.* ex Platina prædicat: neminem dubitare, quin homo callidus, versutus & eximiè eruditus fuerit. Æquè congruè huc facit, quod excellens Cujacio & Giphanio testibus fuit Jctus, ac suæ rei benè gerens, sibi que & Romanæ sedi cavere doctus Rittershus. *Differ. Jur. Civil. & Canon. Proæm. p. 5, it. L. 5. c. 24. pag. 187, Dn. Strauch. in Gratian. Dist. LXIII, ubi contra Baronium, Pontificiæ Monarchiæ summum athletam Conring. de Orig. Jur. German. cap. XVI. p. 80, disputat, negantem, Principibus potestatem Episcopos eligendi competere, ita: Innocentius III in confir- manda independentia & Monarchia Pontificia adhuc acrior Nicolao fuit, ut mirum non sit, si Principum potestati detraxit quantum potuit. Jus cum perfectè ad- eo calluerit (quod tamen in genere de Pontifice Romano circumfertur in cap. Licet 1 de constitution. in 6to, ubi ita: Romanus Pontifex Jura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere. Sed vide Dn. Tabor. Diss. de Testamento Principi aut Comiti oblato c. 2. th. 9. pag. 13, j. Bechmann. Exerc. Exoter. ad A. B. VII. n. 7. p. 171) miramur, quod Imperium à Papa deriyari colligit ex eo, quia co-*

164

165

166

167





- 168 ronatio à Papa peragitur. Id falsum esse vel illi norunt,  
 sunt verba *Strauchij c.l.th.21.p.66*, qui nondum ære la-  
 169 vantur. Galliaæ Rex ab Episcopo Rhemensi, *pergit id.*  
*Strauchius*, Hispaniaæ ab Episcopo Toletano, Poloniaæ à  
 Gnesnensi Episcopo, Hungariaæ à Strigoniensi corona-  
 170 tur, ergò regnum ipsorum est beneficium coronanti-  
 um : næ toto erras cœlo, qui id credis. *Bechmann.*  
*Ex. III Jur. Publ. Membr. 3. §. 16. p. 161* ait: neminem ad-  
 eò infulsum fore, qui Episcopum Gnesnensem Regi Po-  
 lonorum regiminis summam mediante coronatione  
 171 conferre dicat. Non ideò Rex est, quia coronatur, sed  
 propterea coronatur, quia est Rex *Reinking. de Regim.*  
 172 *Secul. & Eccles. lib. I. class. 3. cap. 8. n. 12, pag. 226.* Samuel  
 unxit ( quæ ceremonia æquè ac coronatio ) Saulem, Pa-  
 173 pa coronatur. Si ergò collectio firma, imperitiam Sa-  
 cræ Scripturæ Papa ipse detegeret. Contrarium etiam  
 ostenderet, sedi Apostolicæ cavere non probè edoctum,  
 174 quale de eo iudicium citavimus. Papa utitur Tyara  
 aurea cum triplici corona, ex eo, quod à Constantino  
 Asiaæ, Africaæ & Europaæ Ecclesiarum caput prætensè sit  
 constitutus, & ad declarandum extremæ potestatis si-  
 gnum, quam in cœlum, terram & infernum sibi vindi-  
 cat *Reinking. c.l.n.5.p.225, Hermes Fascic. Jur. Publ. c. X.*  
 175 *n. 28. p. 145, 146.* Ex coronatione Germanica jus coro-  
 nanti conciliant, non quasi per eam Cæsar fiat *Lampad.*  
*de Republ. Roman. German. P. 3. c. 2. §. 28. pag. 42,* sed inde,  
 quod tertium supra proponebatur, digniorem locum  
 præ Cardinalibus Ecclesiæ Romanæ arguunt vid. *Joh.*  
*Freinshemius de S. Rom. Imperij Electorum, & S. Rom. Ec-*  
*cles. Cardinalium præcedentia Diatrib. V. n. IV. p. 88, jung.*  
*Diatr. III. n. II. p. 56, Diatr. IV. n. IV. p. 75, Kipping. Instit.*  
*Polit. lib. 2. c. 20 coroll., quod Diatribam singularem de Præ-*  
 rogativa



rogativa Regum & Principum continet, n. XXIII. pag. 220 a.  
 Ubi tamen illa quæstio præmittenda, *An Pontifex præ-* 176  
*cedat Imperatorem?* Quamvis autem in cap. *Licet causam* 177  
*9. vers. Ex præmissis X de probat., j. can. Inter memoratos 6*  
*qu. 3 XVI Pontificis nomen postpositum existet Hermes Fascic. Jur. Publ. c. XXVII. n. 16. p. 532 a, n. 26. p. 537 b,*  
 perpetuum tamen non est, uti liquet ex c. *Solita 6 vers.*  
*Sed illa X de major. & obedient. conf. c. Decernimus 2 X*  
*de Judiciis, c. Dilectus 12 X de concess. Præbendarum, Dn.*  
*Thomæ in Lampad. P. 3. c. 13. §. 6. qu. 17; Becker. Synops. J.*  
*Publ. lib. 4. c. 2. §. 3. p. 292; Everhard. Loc. Legal. CXXIX*  
*n. 11. p. 1188, Hermes Fascic. Jur. Publ. c. XXVII n. 26 p. 537 b,*  
*n. 50. p. 545 b.* De coronatione Germanica inter Emi- 178  
 nentissimos Electores Moguntinum & Coloniensem  
 fuit orta contentio *Conring. in Lamp. Part. III. c. II. §.*  
*29. p. 137, D. Dominicus Arumæus de Sessiois præroga-*  
*tiva apud Sciffartum in Nucl. Jur. Publ. Discurs. XXI. p. 806.*  
 quæ amicabili transactione composita, vid. *Sprenger.*  
*Instit. Jur. Publ. lib. I. c. 29. p. 189, 190, it. in Fontibus Juris*  
*publici Romano-German. c. IX. in fin. p. 80, Hermes Fascic.*  
*Jur. P. c. X. n. 10. p. 139, n. 13. p. 141 edit. novissim., Bechm.*  
*in Exerc. Jur. Publ. III. Membr. III. §. 21. p. 165, 166, Pacif. à La-*  
*pide in Monzamban. Discurs. X. §. 3. p. 364, 365, Oldenburg.*  
*in suis additionib. additionū ad Limn. Enuclatum addit. 7.*  
 Eodem modo si prærogativæ sessionis contentiones 179  
 Hermes *Fascic. Jur. Publ. c. XXVII. n. 34. p. 540 a* sopitæ,  
 conduceret *Schüz d. l. Vol. I. Disp. VIII. th. 12 A. p. 524,*  
 Hermes *d. loc. c. XXVII. n. 16. p. 532.* Suppeditata sunt re- 180  
 media *Myler. de Princip. & Statib. Imperii P. 1. c. 13. §. 13.*  
*p. 97, §. 20. p. 101,* uti & de præcedentia in conventionem,  
 inita inter Sereniss. Duces Saxon. Johannem Ernestum,  
 Johannem Georgium & Bernhardum Vinariæ 1672, in  
 §. Sum



- 181 §. Summum Quartum provisum. Regulæ enim, è quibus jus præcedentiæ & sessionis desumendum, à nemine hætenus explicatæ reperiuntur Brautlacht *Jurisprud. Publ. lib. 3. c. 7. §. 5. p. 104.* Id. *in fin. cap. p. 109*: grave & periculosum est inter tot Principum contentiones & jura diversa judicare; conf. Schütz *Colleg. Jur. Publici Vol. I. Disp. VIII. th. 13. p. 526*, Arumæus *de Sessionis prærogat. ap. Seiffart. Nucl. Jur. Publ. Disc. 21. p. 803*, Hermes *c. l. n. 35. p. 541.*
- 182 Denique ex solenni inauguratione superest festiva acclamatio. plures enim seram immortalitatem precati Regi, ut vita diuturna sit, & æterna majestas Curt. VIII, 5, 16, j. Plinius II. *Epist. L. 10. Ep. 60. pag. 443.*
- 183 Pia vota pietas subditorum erga superiores requirit II. Sam. XIV, 17; Exod. XXII, 28; Henr. Stephan. *Jur. Civ. font. p. 23*, Esra VI, 10; Eccles. X, ult.; Psalm. XX; Dan. VI, 22; Genes. XLVII, 7, 10; 1. Timoth. II, 2; Actor. XXIII, 5; Dist. 93 per tot., cap. *Ad aures*, X *de tempor. ordin.*, Gerhard. *de Magistr. Polit. §. 471. p. 475, §. 479. p. 480*, Corvin. *aphor. Jur. Canon. lib. 4. T. 39. p. 297, 298*; Brautlacht. *Jurisprud. Publ. lib. 8. c. 4. §. 7. p. 251.*
- 184 Boni omnis causa Impp. in inaugurationibus acclamari solitæ votivæ appellationes Loccam. *in Proæm. Instit. lit. e.* & singulis annis receptæ. Kalendis ipsis lætæ preces initium capiebant. Pro salute Principis æternitateque Imperii vota solenniter concipiebantur die III post Kal. Januarias (eodem peperisse Ciceronem matrem suam ferunt nullo dolore aut labore partus Antonius Augustinus, Jctus, *Emendationum & Opinionum lib. 4. VI p. 182 edit. Lugduni 1591*) Dn. Strauch. *Dis. ad l. un. C. de Oblatione votorum XII, 49 (quæ postrema Dissertationum Academicarum) c. III. §. Ajunt §. Et hæc, j. l. Si calvitur (calumniatur Gothofr. ib. lit. E, Eyerhardus Loc. Legal. Preambul. n. 22. p. 97) 233. §. I ff de V. S.*



V.S. ibique Gothofr. *lit. l.* Per salutem Principis jurare solenne fuit *Genes. XLII, 15*; *Curt. VI, 11, 18*; *l. Si duo 13 §. Si quis 6 ff de Jurejurand.*; *l. Si quis major 41 C. de Transaction.*, ibique Gothofr. *lit. t*; *l. 2. C. de Rebus creditis*, ibique Gothofr. *lit. n.* Tantum momenti in salute Principis! Hinc crimen læsæ Majestatis, qui Saulem despexerunt, adeò linguæ morsum ne potentissimi quidem Regum effugiunt *Lentul. Princ. Absolut. ad Lib. 14 Annal. Taciti Ax. 7. p. 248*! commiserunt, nec enim facta præcisè requiruntur *Dn. Schröter in Resolut. II., Codic. difficil. Tit. Si quis Imperat. maledix. p. 453*, *Struv. S. Jur. Civ. Ex. XLIX. th. 21*, poenam tamen, quam pro meriti, effugerunt, Saule diffimulante injurias. Benigniores Imperatores *in l. un. C. Si quis Imperat. maled.* videntur Pontifice Clemente III *in cap. Innotuit 1 X de Maledicis*. Illi enim remittendum rescripserunt, hic verò, ut ipsum à temeritate sua compescant. ut poena illius aliis terrorem incutiat, ne de cetero contra Rom. Eccles. in talia verba prorumpant. *Gloss. ad h. cap.*, ad quam se refert *Ungepauer. h. n. 2. p. 624*, quod nec Imperator semper velit ignoscere. *Lex unic. cit. de voluntate & patientia, non de jure*, de quo vid. *Nov. 77. c. 1. §. 1.* loquitur. Magnanimi esse in summa potentia injurias pati, nec quicquam gloriosius Principe impunè læso, qui longè sit execrabilior in propriis quàm in alienis injuriis ex *Seneca adducit Anton. Perez. in Cod. c. t. n. 4. & seqq. p. 599*, *it. in Jure Public. p. 192 & seqq.*, *Dn. Schilter Manud. Phil. Moral. ad Jurisprud. Ex. VII. th. 8*, *Lentul. Princ. absol. ad lib. 14 Annal. Tacit. Ax. 19. p. 268*, *Lips. Exempl. & Mont. Polit. lib. 2. c. 17. p. 361 & seqq.*, *Dn. Schröter. c. l. p. 459*. Si tamen exempli necessitas poenam requirat, rectè Princeps eam poenam statuet *l. un. C. in f. Si quis Imp.*

185

186

187

188

189

190

G

Imp.





- 191 *Imp. maled.* Ratio Status primariò attendenda Sutholt. *Disß. 1. th. 65. p. 23*, Conring. *de Civili Prudentia c. II. §. 5. p. 10*, Dn. Schilter. *c. l. Ex. IX. th. 29*, quæ Sauli præcipua fuit, utque dissimularet, quod opportunum multorum morborum remedium, induxit. Sigismundus Imperator semper in ore habuit hæc dicta: *Nescit imperare, qui nescit dissimulare*: non oportere se omnia pro suo jure agere significans Chronic. Carion. *lib. 5. p. m. 836*, add. Curt. IX, 10, 21, 22, 29, X, 9, 8; Lips. *Polit. lib. IV. c. 14*, Le Bleu *Disß. Polit. de Simulacris regnantium §. 16. p. 10*, Sanctius in *1. Reg. X vers. 27. n. 61, 62. pag. 211, 212.*
- 192 Principi clementiæ fama sub Imperii primordiis comparanda Mevius in *Tacito politice Resoluto Disc. Polit. IV ex lib. I. Ann. Tacit. th. 101. p. 28*, Reink. *Biblische Polie. lib. 2. Ax. 28. p. 216*, add. Sutholt. *de Jurisdic. aph. 72. p. 399.*
- 193 David à Joabo dignum homicida supplicium non poposcit, quod nondum fat firmaverat imperium *II. Sam. III, 39, II Paral. XXV, 3*, eundem inter ceteros Salomoni commendans *1. Reg. II, 5, 8*. Inde conjicere licet, cur id impunè tulerint *j. 1. Sam. XXII, 16, 17*. Satis de solennitatibus. quæ in electione Augustissimorum Imperatorum occurrant, Doctores Juris Publici copiosè recensent vid. Dn. Mauritiï *Disß. de Comitibus Electoralibus, ubi in fin. historias electionum describentium meminit*, Sprenger
- 194 *Inst. Jur. Publ. lib. I. c. 29. p. 174, 183*. Sortium plura genera, non solis Hebræis sed & aliis gentibus cognita Schmidt. *Disß. inaug. de Judicio Sortis th. 20*, sunt. namq; eam divinam aliam, aliam politicam, aliam curiosam, superstitiosam, magicam perhibent. Prioris generis, quod Saul Rex populi Judaici primus sorte eligitur *j. Actor. I. v. ult.*, add. Dietherr. in *Besold. Thes. Pract. lit. L. n. 70. inf.*, Speidel. *Specul. observ. lit. L. n. 125*; *Jon. I, 7*;  
Jof.



*Jos. VII, 14, can. Non statim. 2, can. Non exemplo 4, can. Sors I qu. 2 XXVI, quas sortes divinitus temperatas fuisse dubium non est Bernegger. in Tacit. qu. 49, Gerhard. de Magistr. Polit. §. 91. p. 266, Dn. Schilter. c. l. Ex. IX. th. 10, Corvin. aphor. Jur. Canon. L. 4. T. 29. p. 289. Num in delictis admittenda? ad I. Sam. XIX, 42, 43 enodare commodum est. An Magistratus sorte eligendi? hic expediemus. Lege publica quandoque conventum, ut, quos judicent optimos, nominentur prius, quemque deinceps fors dederit in collegium cooptetur. Bernegger. in Tac. qu. 178 vocat sortem cum electione mixtam, ibidemque in fin. judicium suum apponit: haud scio, annon istiusmodi sortitio electione temperata absolutæ electioni plurimum sit antepōnenda, vid. Hermes Fascic. Jur. publ. cap. XXXV. n. 73. p. 747. Superest, de proverbiiis dicamus. Ex I. Sam. X, 11, 12, ubi Sanctius n. 43 ita p. 205: Proverbiorum plurima ex re admodum difficili ac rara habuerunt originem, quæ quod rarum est, & à rerum natura vehementer alienum familiari formula significat, junct. I. Samuel. XIX, 24; XXIV, 14; 2. Sam. V, 8; Num. XXI, 27 patet, proverbia jam apud Hebræos frequentata, nec de aliis gentibus dubitatur. L. Si chorus 79. §. His verbis 1 ff de legat. 3 rusticorum proverbii, vid. Gothofr. ad l. intestato 3. §. De eo 12 ff de suis & legit. hered. lit. k, meminit, ibid. Gothofr. lit. c: Proverbia an probant? id videtur innuere l. Solent 6. §. 3 ff de offic. Procons. & Legati. Brandes de vera & simulata Jctorum Philosophia c. 7. p. 165 ita: Sunt alii, qui mentem legis proverbiotenus adducunt, communesque sententias & adagia longo usu approbata non ineleganter ex jure hauriunt; Ita, pergit idem, ex l. Lex que 22 vers. Lex enim C. de administr. tutor. colligitur: Wenn die Henn zum Hanen geht / so vergift sie*

199

200

201

202

203

204

205



siebter Jungen. Ex l. *Precipiunt* 37 ff de *Ædilit. Edict.*  
 Alle Hunde sind übel zu bändigen; j. Reinking. *Bibl.*  
*Policey lib. 2. Ax. 7 in fin. p. 170*; Ex l. *Præses* 6. C. de *ser-*  
*vit. & aqua colligitur: charitas incipit à se ipsa*; (vid.  
 Gothofr. *ib. lit. 7*, Dn. Tabor *ad Barbos. lib. 3. c. 17. p. 109*,  
 Proximus egomet mihi; Genu suta propius est Ritters-  
 huf. *ad Novell. P. VI. c. XI. n. 5. p. 360*; Tunica pallio pro-  
 206 prior *id. P. V. c. XIII. n. 9. p. 282*) Et hæc sunt, *finit*, orna-  
 207 menta Jcti. Plures inferamus gemmas, quæ firmiter  
 inclusæ munitave cernentur, si qua auctoritate iusten-  
 208 tentur, commonstraverimus. In l. *Emptorem* 9 C. de *lo-*  
*cato & conducto* fundatur illud dictum vulgatum: *Rauff*  
*geht vor Mieth* Speidel. *Specul. Observat. lit. K. n. 19*, Ma-  
 gnif. Dn. Struvius, *Sereniss. Duc. Saxo Vinariens. Consilia-*  
*rius intimus, redux in Almam Salanam, Collegij Juridici Or-*  
*dinarius, Decretalium Professor, Synt. Jur. Civ. Ex. XXIV.*  
*th. 27*; Ex l. *th. 37 (3)*, Wehner. *Observ. Pract. voc. Rauff*/  
 Dn. Tabor *de Contractu & Jure colonario provinciali thes.*  
*34. pag. 22*, Joannes Rudingerus *singular. observat. Cent.*  
*III. observ. XIV. n. 1. p. 229*. Aliud Jure Hamburgens.  
 sancitum *Part. II. Tit. 9. art. 13*. Dn. Lauterbach. *in Dif-*  
*fer. Princip. Jur. Civ. & Canon. cum Hamburgensium Statu-*  
*tis th. 69. p. 44* rationem subjungit, ne sit in potestate  
 locatoris conductorem ante tempus finitum re condu-  
 cta cum maximo sæpè ejus damno privare. Speidel. *c. l.*  
 ex Johanne de Imola tradit cautelam, qua succurri pos-  
 sit conductori, ne ab emptore ante præfinitum tempus  
 expelli queat; j. Tuscus *Conclus. Practic. Tom. V. lit. L.*  
*concl. 418. n. 18. p. 262*, Ruding. *Cent. III. observ. XIV. n. 3.*  
 209 *p. 230*. Pacta specialia legem ex conventionem accipi-  
 unt, eamque repræsentant l. 1. §. *Si convenit* 6 ff *depositi*,  
 l. 1 C. *de commodato*, & provisio hominis facit cessare pro-  
 visionem



visionem legis *l. fin. C. de pactis conventis*, Dn. Tabor ad  
*Barbos. lib. 14. c. 104. Ax. 5. pag. 665*, Everhard. *Loc. Legal.*  
*XXVII. n. 21. p. 305*. Hinc illud tritum sermone prover-  
bium passim usurpatur, **Willführ bricht Land: Recht**  
add. Struv. *S. J. Feud. c. I. aph. XI. n. 1. p. 38*. Tritum illud  
**der frumme Stab schleußt niemand auß** (differt ab eo  
hoc, **unterm frummen Stabe ist gut wohnen Reinking.**  
*Bibl. Politey lib. 2. Ax. 114. p. 462*) indistinctè in feudis  
Ecclesiasticis procedere plurimi tradiderunt Struv. *S.*  
*J. Feud. c. III. aph. IV. n. 3. pag. 89; c. I. aph. XI. in d. pag. 39.*  
Sed Beyer in *Schnobel. Disp. Feudal. VI. th. 17. pag. 238, 239*  
ita: Quantum mihi videtur, genio Ecclesiarum non  
convenit esse adeò liberalem, ut feuda in feminas quo-  
que transitoria concedat. Ergò regulam illam non  
semper & ubique veram esse, sed proverbium in Episco-  
patu Monasteriensi usitarum asserit Wehner. *Pract. Ob-*  
*serv. voc. Krumme Stab / j. Dn. Tabor de Jure Feudali*  
*Tit. de Clericis & personis Ecclesiasticis feuda dantibus n. 24.*  
*p. 30*, Hermannus Vultejus *de Feudis lib. I. c. 9. n. 65. p. 319.*  
Apud Germanos proverbii loco dici solet: **Schutz**  
**und Schirm gibt keine Obrigkeit** Speidel. *observ. lit. S.*  
*n. 103* (ubi originem protectionis repetit, & novem e-  
jus appellationes recenset) *S. Constat itaq.* Innuunt  
hoc *cap. Recepimus 8 in fin., cap. Ex parte 18 X de privil. &*  
*excess. privilegiat.*; quamvis proximus ad subjectionem  
& Jurisdictionem dicatur gradus **Brautlacht** *Jurisprud.*  
*public. lib. 8. c. 3. §. 15. p. 249*, & tum fiunt ex **Schirmherren**  
**Sturmherren** Wehner. *Observ. Pract. voc. Schirms-*  
*verwandten / ex Schutzherrn Schutzherrn* Speidel. *lit. S.*  
*n. 71 pr. conf. Grot. de J. B. & P. 1, 3, XXI, 1, 2, 3, Carpz. de*  
*Lege Regia German. c. VI. Sect. V. n. 10. p. 152, Struv. S. Jur.*  
*Feudal. c. II. aphor. X. n. 9. pag. 77; c. III. aph. XX. pag. 146.*

210

211





- 212 Wurmser.. *Ex VIII. Jur. Publ. qu. 12. p. 378.* *Ex art. 7. Tit. 2. Part. II Statut. Hamburgens. enatum proverbium: Hand muß Hand wahren.* Quod rationis loco Jus Lubecense, (*Axioma Jurisprudentiae Lubecensi proprium vocat Dn. Strauchius de Oppignorat. Imperialibus thes. 14*) Hamburgensi in eo congruens, (*Conring. de Orig. Juris Germanici cap. XXVIII. §. Fridericus p. 178*) adducit, jung. Mevius *ibid.* Dn. Lauterbach. *in Diff. Princip. Jur. Civ. & Canon. cum Statut. Hamburgens. th. 47. p. 35* hoc etiam adjicit: *da einer seinen Glauben gelassen / da muß er ihn wiederum suchen.* Aliter Jure Civili: præ ceteris id *l. Si res tuas 8 C. ad exhib. innuit, cujus ἀνάλυσις alio tempore injungebatur.* Vulgo pronunciari solet: *der Hehler / i. e. susceptor rei furtivæ & occultator, und der Stehler haben einerley Verdammniß: Der Hehler ist so gut als der Stehler per l. congruit 13 pr. in fin. ff de Officio Præsidis, Dn. Tabor in Racemat. crimin. in Indic. Legum & quidem ad l. eos qui 14 C. de furtis p. 310, it. tr. de Confrontatione Part. V. Exempl. confrontat. Rat. decid. 6. Resol. qu. 1. p. 163, l. crimen 9 C. ad L. Jul. de vi public., Pomeresch. ad §. conceptum 4 Inst. de Obligat. quæ ex delict. nasc. p. 355, it. Loccam. *ibid. lit. l.* Struv. *S. Jur. Civ. Ex. XLVIII. th. 12 (2), th. 16 (1).* *Ex §. Pupillus 9 Inst. de inutil. stipul. Verstand kom̄t für Jahren nicht* Pomeresch. *ad §. 1 Inst. de Tutelis p. 102.**
- 215 Bis pueri senes Krebs *de eo quod circa vulnera justum est*
- 216 §. 74. Proverbio Rex Gallix mori negatur Dn. Strauchius *Dis. Academ. III. de Statutis à summo Principe §. 3, Myler. ad Rumelin. P. I. Dis. 3. th. 1. p. 54, Becker S. Jur. publ. lib. 2. c. 1. §. 2. p. 33, Bechmann. Exerc. Exoter. ad A. B. III. n. 60. pag. 79.* Ita Civitas sive universitas est immortalis *l. Proponebatur 76 ff de Judiciis, l. An ususfructus 56 ff de usufructu, l. Annuam 6 ff de ann. legatis, If. 13 vers. Ideo scilicet,*
- 217 Struv.



Struv. S. Jur. Feud. c. X. aph. 3. n. 3. p. 373, Beyer in Schnobel. Disp. Feud. III. th. 25. p. III; vid. cap. Et pia 4, c. Apostolica 7 de Annatis VII Decretal. Capitulum non moritur Struv. c. l. c. VII. aph. IX. n. 6. p. 240, Tuscus Conclus. Pract. Tom. I. lit. C. concl. 51. p. 362. Ecclesia non moritur Ziegler. in Lancelot. lib. 3. T. 2. §. 23. p. 708. Scipio Gentilis cum doceret in Acad. Altorphina, & dubitaret suscipere delatam à Pontifice Professoriam in Almâ Bononiensi dignitatem, libertate conscientiae sibi relicta, hæc loco excusationis protulit: *Respublica non moritur.* j. Tuscus Conclus. Pract. Tom. VI. lit. R. concl. 274. n. 3. p. 572. Proverbia alia apud Dd. passim reperimus v. Dn. Thomæ de Noxia animalium c. XXVII. n. 55 p. 199, D. Beyer de Arcanis partium Sect. 1. c. 1. th. 10, it. de Advocatorum prævaricatione c. 1. n. 5, cap. 11. n. 8, Wer will klagen / der klage fest (vid. Rittershus. ad Novell. P. IX. c. 21. n. 1. p. 603: probationibus destituito proverbialiter dici potest illud, quod scribit Paulus: *non tibi jus sed probatio deficit l. Duo sunt* 30 ff de testam. tutela, Ehrenfried de Conscientiæ foro c. VI. n. 32. pag. 155 decidit: *An, si ob defectum probationis per judicem juris explementum obtineri non possit, rem clam auferre liceat?*) c. IV. n. 6, D. Linck, Profess. in Academia Norica, de Exoneratione Conscientiæ in Præloqu., de Literis Natalitiis c. II. §. 7, c. III. §. 1, §. 18; Rittershus. ad Novell. P. VIII. c. VI. n. 8. p. 467, *Necessitas frangit ferrum*; Tuscus Conclus. Practic. Tom. V. lit. N. concl. 19. p. 507, Reinking. Bibl. Polic. lib. 2. ax. 112. p. 457, cum quo conveniunt illa, quæ habet Henricus Stephanus in Juris civil. Font. & riv. Præfat. fol. 5, Reinking. c. l. lib. 3. Ax. 15. pag. 749, Everhard. in Præambul. Loc. Legal. n. 27. p. 104, n. 29. p. 105, Sutholt. de Jurisdictione aphor. 402. p. 544, Sigismund. Sintelthaus. Observ. Practic. XXXVII. n. 14. p. 283 edit. Lips.

218

1662





1662: Gut Gruß gut Antwort; Id. ibid. Prefat. ad Lectorem: Wie viel Köpffe / so viel Kröpffe. Innocentius III in c. Quemadmodum 25 X de jurejur. inserit: Turpius ejicitur quàm non admittitur hospes, j. Ungep. ad c. tit. Notabil. 9. pag. 282. Notandum est, proverbia occurrere, sibi quæ contrariari videantur. v. gr. Wo nichts ist hat der Käyser sein Recht verloren / Sed aliud: Qui non habet in ære luat in corpore. Item: Ein jeder Herr ist Käyser in seinem Land; sed aliud: Wo der Käyser hinkompt / da stehen Ihm all die Gerichte offen. Verùm quodad prius *ἐναυλιοφανον* observemus, primam regulam in negociis licitis locum habere, ut inanis sit actio, quam debitoris excludit inopia l. Nam is 6 ff de dolo malo, c. olim vobis 16 X de restit. spoliat., c. Odoardus 3 X de Solution., §. Item si 15 Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. ibique Pomeresch. p. 359, Rudinger. singular. Observat. cent. 1. observ. 33. n. 12. p. 60, R. A. de Ann. 1582. §. Und nach dem 10, Caspar Klock de Contributionibus, ap. Seiffartum Nucl. Jur. Publ. Discurs. XXIV, concl. 40 n. 3. p. 1009, Gothofr. ad l. Quicumq; 4 C. de servis fugitivis lit. g. Secunda in illicitis (Sutholt. in Diss. XII. aph. 35. p. 262: observari in jure nostro locum, ubi contractas vox delicto attribuitur, l. Si rerum 52 ff de re judic, id. Diss. XVI. aph. 1 p. 316) procedit, ut poenam in corpore patiatur, qui in ære nihil habet l. Si quis 7 §. 3 ff de Jurisdic.; l. Si sine 25 ff de in jus vocando, l. Quicumq; 4 C. de serv. fugitivis, l. Cum sit 6 C. de sepulcro violato, II f 53. §. I vers. Qui verò, l. I. §. 3 ff de pænis, ibique Gothofr. lit. a, can. Si res aliena 1. qu. 6. XIV; Henr. Stephan. Jur. Civ. Font. Prefat. p. 8, cap. Finem litibus 5 X de dolo & contumacia, Ungepauer ad Tit. X de Solutionibus n. 4. p. 400, Corvin. aphor. Jur. Canon. L. 4. T. 28. in fin. p. 288; Exod. XXII, 3, Sigon. de Republ. Hebraor.



*Hebraeor. L.6. c.8. p. 330, Struv. S. Jur. Civ. Ex. XLIV. th. 29, th. 79. Quod ad posterius reminisci debemus ejus, quod in can. Si peccaverit 19. qu. 1 II inculcatur: Distribuite tempora & concordat Scriptura; Everhard. Loc. argum. legalib. in Preambul. n. 21. p. 97. Antiquissimum est hoc proverbium, wo der Kaysler hinkommt/da stehen Ihm all die Gerichte offen Myler. de Princip. & Statibus Imperij P. I. c. XIV. §. 20. p. 118, Christophorus Mingius de Superioritate Territoriali, ap. Seiff. Disc. XXIII, c. II concl. 24. p. 943, c. IV conclus. 53 p. 961, idque verum in absoluta Monarchia, quando per officiales exercentur judicia Beyer in Schnobel. Diss. H. in ff. th. 4. p. 94, conf. cap. Cum non 1 X de Officio Legati, cap. Ut nostrum 56 X de appellation., c. unic. & infra 1 X ut Ecclesiast. benef. sine dimin. confer. Cœpit autem alia Reip. Romanæ facies, hinc orta jura, quæ dicuntur territorialia, eadem faciunt, ut Principum quilibet tantum possit in suo territorio, quod ad subditos suos, quantum Imperator in Imperio Sutholt. de Jurisdictione aph. 403. p. 545. De illustris hujus regulæ origine ejusdemque usu frequentissimo peculiariter disseruit Dn. Eyben. ap. Fritsch. Exerc. Jur. Public. P. 2. Ex. IX. pag. 394. vid. Becker. Synops. Jur. publ. L. 3. c. 8. §. 3. pag. 237, 238, Conring. de Urbibus Germanicis th. 73, Becker. c. l. lib. 3. c. 4. §. 8. p. 139, in Proæm. n. IV. p. 4, lib. 3. c. 4. §. 16. pag. 159; Myler. de Princip. & Statibus Imperij P. I. c. IX. n. 9. pag. 63, c. XIV. §. 8. p. 111, c. XXX. §. 10. p. 300, P. H. c. XXXVI. §. 9. p. 335; Struv. S. Jur. Feud. c. I. aph. IV. n. 3, 5. p. 17, 18, c. V. aph. X. ex 3. p. 166; c. XIV. aph. 29. n. 5. p. 538, S. J. Civ. Ex. IV. th. 79; it. Exerc. de Ducibus & Comit. Imp. Germ. th. 23. p. 172; Schütz Colleg. Jur. Publici vol. I. Diss. VI. th. 15 A p. 277, th. 7 E (2) p. 260, Mingius c. l. c. IV concl. 54. pag. 962, Dn. Tabor ad Barbos. L. 14. c. 78. Ax. 9. p. 633, de Jure Obstagij c. XIV. th. 7.*





p.19, *Armament. Justiniani de Hoplophoria c.H. §.2 p. 112*  
*de Contractu & Jure colonario provinciali thes. 22. pag. 13*  
 Franzk. 1. *Resolution. XVII. n. 95. p. 359, XVIII. n. 21. p. 372*  
 Dn. Strauch. *Disf. de Oppignoration. Imperial. th. 21, it. in*  
*Instit. Jur. Publ. MS. lib. 1. Tit. 14. §. 9, Wurmser. Ex. Jur.*  
*Publ. III. qu. 21. p. 131, IV. qu. 4. p. 147, Ex. VI. qu. I. p. 252, qu.*  
 13. p. 275, *Lentul. in Principe Absoluto ad L. XIII Annal. Ta-*  
*cit. Ax. V. qu. 5. p. 188, 189, Hornius Polit. Archit. lib. 2. c. 7.*  
 n. 5. p. 374. Quod Episcopus possit in sua Dioecesi quæ  
 S. Pontifex in tota Ecclesia Engels in *Colleg. Jur. Canon. P.*  
 I. lib. I. T. 28. §. V. n. 35. p. 679. Itaque cum aliud seculis  
 anterioribus obtinuerit, aliud postea introductum, ne-  
 quaquam contrarietas inter hæc proverbia statuenda.  
 Ubi enim derogatio adest, contrarietas exspirat l. 1. ff ad  
 L. Aquil., l. Derogatur 102 ff de V. S., Dn. Strauch. ad 50  
*Decisiones Disf. I. c. I. n. 12. p. 8, Magnif. Dn. Rebhan. in*  
*Hodegeta Juris Charta I. n. 13. p. 27, Tilemann. Rationar.*  
*Jur. Civ. Ex. I. P. 3. Ax. 34. p. 37. & seqq., Struy. J. Feud. c. III*  
*aph. H. n. 1. p. 80, 81, Loecamm. ad §. Igitur 4 Proæm Inst.*  
*lit. y, it. lit. aa, ad §. ult. Inst. quib. ex caus. man. non lic. lit. n,*  
 Sutholt. *Disf. de Jurisdictione aphor. 318, 319. pag. 500, 501.*  
 Sic tandem & de auctoritate horum proverbiorum in  
 proclivi est dijudicare. Namque cum ea, quæ adduxi,  
 fontes eorundem, unde diducta, simul aperuerim, quis  
 ejusdem cum iis valoris esse in dubium vocabit arg. eo-  
 rum, quæ de Authenticis, (quarum auctorem Irnerium  
 non esse statuit Dn. Strauch. in *Irnerio non-Errante*  
*(est Disf. Academ. IV) Cap. 2) Biccius in Proloqu. rer. quotid.*  
 n. 15. lit. g. p. 12, 13, Tilemann. *Ration. Jur. Civ. Ex. I. P. 3.*  
*Observ. 25. p. 46, Decreto Gratiani Dn. Strauch. in Proleg-*  
*omen. ad Gratian. §. 6 in fin., it. Dissertat. Canoniar. I. th.*  
 31. P.

223

224



31. p. 20, 21, it. in *Amœnit. Jur. Canon. Ecl. VI. c. 7. pag. 113, c. 8. p. 115*, Ziegler. in *Disf. de Orig. & increm. Jur. Canon. n. XLI & seqq. p. 32*, Tilemann. *c. l. Part. 2. Ax. 37. inf. p. 40* disputantur. Quæ proverbiorum origo id præstat, ne, si quando quid vulgo usurpari audiamus, statim justitiam subesse putetur. Sic non probandum illud vulgatum: auff eine Lügen gehört eine Maulschell/ quod is, qui injuriam illatam verbis verberibus vindicat, excedit legitimum defensionis modum Struv. *de Vindicta Privata c. X. de Retorsione injuriarum aph. X. n. 9. p. 118*, Carpz. *Prax. Criminal. P. 2. qu. 97. n. 39, 40 p. 411 a*, Strauch. *Disf. Justinian. XI. th. 15. p. 313*, Franzkius *Ex. XII. qu. 7. n. 12, 13. p. 760; n. 19. p. 762*. Dn. Schilter *Manud. Philos. Moral. ad Jurisprudent. Ex. VIII. th. 9* consulit, honestiorem & in foro interno tutiorem esse persecutionem injuriarum eam, cum varia sit in foro externo, quæ fit per remedium ex *l. Diffamari, C. de ingen. manumissis*. Vid. Ehrenfried *de Conscientia foro c. VI. n. 55. p. 161, n. 61. p. 163.*

### SECTIO III

## Saulis Regimen

*remissivè attingens*

**N**unc læta regni auspicia i. *Sam. XI, 12, 13* inspicienda, sed quæ neutiquam diuturna. Saul enim irato propter denegata obsequia, unde ampla retulisset præmia i. *Sam. XIII, 13, jung. Curt. III, 12, 18 & seqq.*, DEO regni gloriæque jacturam patitur i. *Sam. XIII, 14; XV, 28*. Verè dictum videtur: *S. ut cuiq; mores fingunt fortunam* Cornel. Nepos in *Attico n. 11*. Initia Magistratum

Yy 2 tuum




- 231 tuum nostrorum meliora fermè, & finis inclinat Tacit. *Ann.* XV, 21, 3. De Nerone id. *Ann.* XIII, 50, 2, Tiberio Hornej. *Comp. Hist. Eccles. lib.* 1. c. 3. §. 1. p. 9, Casel. in *Paradox. c.* XII. p. 189, Aureliano Horn. *c. l. lib.* 3. c. 9. p. 269, Amasia z. *Paralip.* XXV, 2, 20, 27, Caufin. *de Regno Dei Diss.* 89. p. 264. Pauci in magna potentia moderati sunt
- 232 Chronic. Carion. *lib.* 2. p. m. 46, Reinking. *Bibl. Politic. lib.* 2. Ax. 7. pag. 167. Illustre esset argumentum ex Jure proponere, cum varia Saulis vita boni Principis mox mali specimen vid. Gerhard. *de Magistr. politic.* §. 426. p. 451 repræsenter, quæ sub utraque fortuna officii subditorum ratio sit. Carpzovius *de Lege Regia German. c.* XIV *Sect.* I. n. 17, 18. p. 358, *Sect.* III. n. 18. pag. 363 ait, quod Rex Saul, licet multa deliquerit tyrannicè, tamen unctus Domini salutatur à Samuele & Davide, j. Reinking. *Bibl. Politic. lib.* 1. Ax. 36. pag. 81, id. *lib.* 2. Ax. 20. p. 195 & seqq.
- 234 Triplex quod prostat remedium subditis, quo contra injurias Magistratus absoluti se tueri queant, sc. preces, supplicatio, fuga Carpzov. *c. l. Sect.* II p. 360, 361, etiam David adhibuit, cum admodum sibi infensum Saulem experiretur 1. *Samuel.* XIX, 4, 5; *vers.* 18, XX, 1. *vers.* 32; XXIV, 7; 11, 12, 13; XXVI, 9, 16, 19, D. Simon in *Grot.* I, 4, 1, 3 p. 125; id. *de Jure emigrandi Cap.* IV. *th.* 1. n. 7, 8.
- 235 Quam multa alia, quæ quidem proposueram, sed exequi nunc prohibeor, cum Dissertatio nimis longa foret, ista tamen, si quando posthac occasio feret, reassumam.

F I N I S












01 A 6621

ULB Halle

3


003 092 399




VDA











B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



INAUGURALIS  
DICA

LLIS  
TECEDENTIA

ens,  
A M  
DIVINI NUMINIS  
T AUTORITATE  
I ICTORVM  
OVENTISSIMA  
ENSI UNIVER-  
ATE  
CENTIA

q̄ Jure Honores  
DOCTORALIA  
nsequendi

um disquisitioni  
mittit  
r. M. DC. LXXIV.

ERONYMUS Schulz/  
rgensis.

ORATI,  
ERICI SPOOR.

22

8

